



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm  
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post  
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.  
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

**Quaranta, Stefano**

**Venetiis, 1619**

M

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10793**

tum) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris se vere infligendis. Præfens decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram prædicto Sanctissimo Domino Nostro, ac Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, octauo Idus Septembris, Anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi. MDCL.

Quintilianus Adrianus, Notarius.

M A G I S T E R.

PRÆTER Summissas sciendum est, qualiter Leo. X. in Concilio generali Lateranen. decreuit fol. 171. in Bul. incip. Apostolici, & infra.

Omnibus, & singulis Philosophis in Vniuersitatibus studiorum Generalium, & alibi publice legentibus, districtè præcipiendo mandamus, vt cum Philosophorum principia, aut Conclusiones, in quibus a recta fide deuiare noscuntur auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitæ, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere & persuadendo posse docere ac omni studio huiusmodi Philosophorum argumenta, cum omnia solubilia exhibant, pro viribus excludere atque resoluerè, & cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi, & ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina, originaleque causas, vnde facile oriuntur remouere, cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum Apostoli euacuauit, & stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelata veritatis lumine ineriorè quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem; Ad tollendam omnem in præmissis errandi occasionem hac salutari constitutione ordinamus, & statuimus, ne quisquam de cetero in Sacris Ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut alias ad illos a iure arctatus in studijs generalibus, vel alibi publice audiendo, Philosophiæ, aut poësis studijs ultra quinquennium post grammaticam, & dialecticam, sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs, insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum, aut Theologia, aut Sacris Canonibus operam nauauerit, vt in his Sanctis, & vtilibus professionibus Sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas Philosophiæ, & poësis radices purgare, & sanare valeant. Et hos Canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorundem studiorum singulis annis in principio studij, in virtute Sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nul li ergo, &c.

Leo. X.

Congruit. tit. cleric. vel monac.

Extat item eiusdem Leonis X. in eodem Consilio Lateranensi Decretum obseruandum a Magistris, & Præceptoribus Scholarium fol. 164. in Bullar. incip. Super na, & infra.

Cum omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum, & a teneris assuefieri ad bonum, magni sit operis, & affectus, statuimus, & ordinamus, vt Magistri scholarium, & præceptores, pueros suos, siue adolescentes nedum in grammatica, & theoretica, ac ceteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verum etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinent, vt sunt præcepta diuina, articuli fidei,

cong. tit. de magis.

fidei, Sacri Hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ, diebusque festiuis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem, & bonos mores pertinent. eosque in illis instruere, & hortari, & cogere in quantum possunt teneantur, vt nedum ad Missas, sed etiam ad vespers, diuinaque officia audienda, ad ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere possint.

Sciendum est insuper qualiter Pij V. constitutione cauetur quod Ordinarij constituant loca in quibus pueri Doctrina Christiana erudiantur cum facultate erigendi Confraternitates, & indulgentia pro confratribus pueros docentibus fol. 1163. incip. Ex debito, & per Gregor. XIII. facta etiam fuit ampliatio indulgentiarum a Pio V. societatibus ad pueros, & rudes in bonis operibus, & doctrina Christiana erudiendos deputatis concessarum, vt in eius constitutione incipien. Vniuersis. fol. 1204. in Bullar. & faciunt disposita per Concil. Tridentinum Sessione 24. de ref. cap. 4. & Sess. 23. de ref. cap. 18.

### MATRIMONII IMPEDIMENTA.

**P**RÆTER Summissas sciendum est, quod duodecim illa impedimenta matrimonij per eos adnotata in verbo Matrimonium, remanent incorrecta præter tria sequentia, quæ per Conc. Trid. restringuntur, & circa impedimentum ex cognatione spiritali proueniens ultra disposita in titul. de cognat. spirit. in 6. & per Conc. Trid. sess. 24. de refor. matrim. cap. 2. adest Pij V. declaratio præfati decreti Conc. Trid. de cognatione spiritali in maritum, vel vxorem suscipientis, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis, quam Baptizantis, & Baptizati, publicata Romæ die 19. Decem. 1566. fol. 957. in Bullar. incip. Cum illius vicem, & infra. Sane licet ex eo, quod in Conc. Trid. decretum fuerit cognationem spiritualem inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt, Baptizatum de Baptismo, ac Baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non Baptizantem, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse videatur; adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritalis huiusmodi inter maritum, vel vxorem suscipientis, & Baptizatum, nec non inter maritum, vel vxorem suscipientis, & patrem, ac matrem Baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero etiam prohibitum, esse videatur. Nos piarum mentium quieti, & Matrimoniorum fauori ( quantum ex alto nobis permittitur ) consulere volentes, a præcis verbis Concilij minime discedendum in præmissis esse censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiusmodi subelle decernimus, & declaramus, quo minus interdictos maritum, vel vxorem suscipientis, & Baptizatum, Baptizatique patrem, & matrem, & quascunque alias personas tam ex parte suscipientis, quam Baptizantis, & Baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, Matrimonium licite, & libere contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari &c.

Quantum ad impedimentum publicæ honestatis attinet ultra disposita in cap. sponsam. de sponsal. & in cap. vnic. eod. titul. lib. 6. cum alijs concord. attenditur hodie

*Cognit  
tit. de co  
gna spi.*

hodie decretum Sacri Concil. Trid. sess. 24. de refor. matrim. cap. 3. quod fuit de claratum per Bullam Pij V. Romæ publicatam die 21. Iulij 1568. fol. 1018. in Bullar. incip. Ad Romanum spectat Pontificem, & infra. Sane ad aures nostras peruenit, multos esse, qui dubitant, an decretum Oecumenici Conc. Trid. sess. 24. de reform. matrim. c. 3. quo cauetur impedimentum publicæ honestatis, vbi sponsalia valida non fuerint, profus tolli, vbi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, cum in vltioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari, de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de præsentibus contracta, non tamen consummata, quæ interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita vt etiã eo casu impedimentum inde proueniens sublatum fuerit. Nos itaque vt omnis difficultas, dubitatioq; tollatur, attendentes quod sponsaliorum appellatione, qua dictum Concilium vtitur, non nisi improprie matrimonium, verbis de præsentibus contractum continetur, quoq; agitur de correctione iuris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longe maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de præsentibus contracta, quàm in sponsalibus de futuro vigere a nemine dubitetur, idcirco Motu proprio auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & diffinimus decretum Concilii huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio sic (vt præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat. Et ita ab omnibus iudicari debere, mandamus, atque statuimus. Non obstantibus, &c.

Circa impedimentum affinitatis ex fornicatione proueniens erat antea vsque ad quartum gradum, c. quædam. cum pluribus seq. 32. q. 7. & tot. tit. de eo qui cogn. consang. vxor suæ, sed per Concil. Trid. fuit restricta vsque ad secundum gradum, & per eundem Summum Pontificem facta fuit altera declaratio decreti Conc. Trid. sess. 24. c. 4. de refor. matrim. de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniens publicata Romæ, die 19. Decembris 1566. fol. 954. in Bullar. incip. Ad Romanum Pontificem, & infra.

Sane postquam ex eo, quod Trid. Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione proueniens, per quod non solum Matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo secundo gradu coniunguntur, in vltioribus vero gradibus statuit Matrimonium postea factum non dirimi, a pluribus Christi fidelibus, vt accepimus, est dubitatum, an licet in vltioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos Canones contrahi prohibeatur. Et propterea nos omnes ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac Matrimonij libertati, quatum cum Deo possumus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in vltioribus gradibus huiusmodi libere, & licite Matrimonium contrahi possit, & ita ab omnibus iudicari, &c.

Quæstio illa, quæ præteritis temporibus disputabatur, An scilicet spadones, quibus ambo testiculi abscissi sunt, ad matrimonium contrahendum habiles reputandi sint, vel ne, definita iam reperitur per quasdam literas sel. rec. Sixti V. in forma Breuis transmissas, vt infra.

Venerabili fratri Episcopo Nouariensi nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuncio. Sixtus Papa V.

Venera-

*Congr.  
titul. de  
frigi. &  
& ma-  
lesic. &  
impotē.*

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum frequenter in istis regionibus eunuchi quidam, & spadones, qui utroque teste carēt, & ideo certum, & manifestum est eos verum semen emittere non posse, quia impura carnis tēigine, atque immundis complexibus cum mulieribus se commiscēt, & huiusmodi forsan quendam similem semini, licet ad generationem, & ad matrimonii causam minime aptum effundunt, matrimonia cum mulieribus, præsertim hunc ipsum eorum defectum scientibus contrahere præsumant, idque sibi licere pertinaciter contendunt, & super hoc diuersæ lites, & controuersia ad tuum, & Ecclesiasticum forum deducantur, requisivit a nobis fraternitas tua, quid de huiusmodi connubiis sit statuendum. Nos igitur attendentes, quod secundum canonicas sanctiones, & naturæ rationem qui frigida nature sunt, & impotentes iidem minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur, quodque prædicti eunuchi, aut spadones quas tanquam uxores habere non possunt, easdem habere, ut sorores nolunt, quia experientia docet tam ipsos, dum se potentes ad coeundum iaculantur quam mulieres, quæ eis nubunt, non ut caste uiuant, sed ut carnaliter inuicem coniungantur, praua, & libidinosa intentione, sub prætextu, & in figura matrimonii, turpes huiusmodi commixtiones affectare quæ cum peccati, & scandali occasionem præbeant, & in animarum damnationem tendant sunt ab Ecclesia Dei prorsus exterminanda. Et in super considerantes, quod ex spadonum huiusmodi, & eunuchorum coniugis nulla utilitas prouenit, sed potius tentationum illecebræ, incentiua libidinis oriuntur; Eidem fraternitati tuæ per presentes committimus, & mandamus, ut coniugia per dictos, & alios quoscunque eunuchos, & spadones utroque teste carentes, cum quibusuis mulieribus, defectu prædictum, siue ignorantibus, siue etiam scientibus contrahi prohibeas, eosque ad matrimonia quomodocunque contrahenda inhabiles auctoritate nostra declares, & tam locorum Ordinariis, ne huiusmodi coniunctiones de cetero fieri quoquomodo permittant, interdicas, quam eos etiam qui sic de facto matrimonium contraxerint, separari cures, & matrimonia ipsa sic de facto contracta nulla, irrita, & inualida esse decernas. Eos etiā, qui sic iam contraxerunt, si appareat illos, non ut caste simul uiuant contraxisse, sed actibus carnalibus, & libidinosis operam dare, simul in vno, & eodem lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omnino similiter separari cures: Nos enim ita in præmissis, & non aliter per quoscunque Iudices & Cōmissarios, quacunque auctoritate, & dignitate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quacunque causa & instantia iudicari, & diffiniri debere, & si secus super his a quocunque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsan est hæctenus vel attentari in posterum contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obstantibus cuiusuis Ciuitatibus, Prouinciæ, aut Regni statutis, legibus municipalibus, aut consuetudinibus, quæ abusus potius, & corruptelæ censendæ sunt, etiam si ab immemorabili tempore obseruata dicantur, ceterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die 27. Iunii 1587. Pontificatus nostri anno tertio.

Harum literarum tenorem, prout iacent, refert Ioan. Gutier. lib. 1. can. q. c. 16. sub num. 18.

MATR I

## MATRIMONIALES DISPENSATIONES.

**I**N contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Verba sunt Conc. Tridentini sess. 24. de reform. matrim. c. 5. in fine.

Hinc sciendum, quod causæ, quæ hodie in praxi versantur in Romana Curia, pro quibus dispensationes ad contrahenda matrimonia conceduntur, sunt infra scriptæ, videlicet.

*Propter dotem.*

- 1 Quod cum oratrix dotem habeat minus competentem iuxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum, vel affinem paræ conditionis, cui nubere possit inuenire queat, & dictus orator intendat illam cum dicta minus competente dote in vxorem ducere.

*Pro muliere indotata.*

- 2 Quod cum dicta oratrix indotata existat, & dictus orator illam si indotatam, in vxorem ducere, ac vsque ad quantitatem secundum oratricis qualitatem competentem ex integro dotare intendat.

*Propter angustiam loci.*

- 3 Quod cum dicta oratrix in dicto loco propter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem, paræ conditionis, cui nubere possit, inuenire nequeat.

*Propter angustiam locorum, quando Oratores sunt ex duobus locis. orti.*

- 4 Quod cum dicta oratrix in dictis locis, etiam de vno ad alium se transferent, propter illorum angustiam virum sibi & c. nequeat.

*Clausula etsi extra.*

- 5 Et si extra dictum locum, vel dicta loca nubere cogeret, dos quam ipsa habet, non esset competens neque sufficiens, vt cum ea virum, cui iuxta status sui conditionem nubere posset, inuenire valeret.

*Propter inimicitias.*

- 6 Quod eam inter dictorum Oratorum parætes, consanguineos, vel affines graues inimicitia oratrix iam sint, & ad præsens vigeant, aliunde tamen quam ex causa matrimonij inter Oratores contrahendi prouenientes, & ante illius tractatum exorta, & certum sit, quod si Oratores prædicti inuicem matrimonialiter copularentur, inimicitia huiusmodi omnino componerentur. Pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt &c.

*Propter*

*Propter lites.*

- 7 Quod cum inter dictos Oratores, seu eorum parentes lites super rebus magni momenti ortæ iam sint, & ad præsens vigeant, lites huiusmodi omnino componerentur, pro illis igitur &c.

*Pro confirmatione pacis.*

- 8 Quod cum alias inter dictorum Oratorum parentes, confar guineos, vel affines graues inimicitie vigerint, aliunde tamen, quam ex causa matrimonij inter Oratores contrahendi, prouenientes, & ante illius tractatum exorta, & licet inter ipsos pax de recenti inita fuerit, nihilominus pro illis firmiori confirmatione Oratores prædicti cupiunt, &c.

*Pro Belgis.*

- 9 Quod cum Oratores prædicti nouerint se Fidei orthodoxæ cultores, ac Deo dante, sub obedientia S.R.E. viuere intendant, & in illis partibus, in quibus multi hæretici existunt, ne contingat eos cum hæreticis contrahere, cupiunt &c.

*Pro habitatricibus locorum situs ad litus maris.*

- 10 Quod cum dictus locus ad litus maris situs cõtinuis inuasionibus pyratarum, & Fidei orthodoxæ hostium, expositus sit, propterea externi homines non ita libenter, vt cum dicti loci habitatricibus contrahant, eo accedere velint, cupiunt &c.

*Pro Oratrice excedente 24. annum.*

- 11 Quod dicta Oratrix vigesimum quartum annum excedēs, hæctenus virum paræ conditionis, cui nubere posset, non inuenit.

*Causæ infamie, quando adest carnalis copula.*

- 12 Cum autem, Pater Sancte, nisi matrimonium inter Oratores contrahatur dicta Oratrix innupta, & diffamata remaneret, grauiaque exinde scandala posset verisimiliter exoriri.

*Quando Oratores contraxerunt seruata forma Concilij, & consummarunt, detecto que impedimento, abstinerunt.*

- 13 Quod ipsi alias ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere, quo minus possent inuicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de præfenti publice factis proclamationibus in eorum parochiali Ecclesia, iuxta formam Conc. Trid. nulloq; detecto, neque denunciato impedimento contraxerunt, illudq; in facie Ecclesiæ solennizarunt, & carnali copula consummarunt, postmodum vero cum ad eorum peruenit notitiam, eos quarto cõsanguinitatis gradu

gradu inuicem esse coniunctos, propter quod a carnali copula huiusmodi abstinerunt; Cum autem, Pater Sancte, Oratores prædicti in huiusmodi matrimonio remanere non possint, absque Sedis Apostolicæ dispensatione, & si diuortium inter eos fieret, grauia exinde scandala posset verisimiliter exoriri, supplicat &c.

Quibus expletis, rursus sciendum est, quod praxis Romanæ Curia, pariterque sacra Concilii Congregatio censuit, quod dispensationes factæ non expressa copula habita inter consanguineos, vel affines, etiam post commissionem Rom. Pontificis factam Ordinatio de dispensando, ante tamen quod ab ipso dispensetur subreptitiæ sunt, & nullæ prout de viroque testatur Io. Gurier, lib. 1. can. q. 6. 15. rub. nu. 24. & Apostilla ad cons. 9. Nauar. de consang. & affin. in nouis, ac declarationem ad literam etiam refert Petrus de Ledesma de magno matrim. Sacram. q. 56. art. 5. conclus. 4.

Item non erit vulgariter notandum, quod dispensationis gratia ad validandū matrimonium nulliter inter coniunctos intra quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum contractum, & ad prolem legitimandam concessa, quoniam continet duo æque principaliter, videlicet mandatum de dispensando, vt illi qui nulliter, & de facto contraxerunt, manerent in matrimonio contracto, & potestatem legitimandi prolem, licet quo ad matrimonium non potuisset effectum habere, propter superuenientem mortem alicuius ex parentibus, valebit tamen ipsa gratia, & debet executioni madari quo ad legitimandam prolem, prout in vna Siracusan. illegitimitatis, die, 19. Octobris 1573. resolutum fuit in Rota Rom. coram Hippolyto Aldobrandino, tunc Rota Auditore, postea Summo Pontifice Clemente Octauo, decis. 207. diuers. p. 1. per cons. Ancharani 409. & aliam eiusdem Rota decisionem, teste Puteo decis. 483. incip. Mathæus Gabella, lib. 2. quod nota propter præiudicium venientium ab intestato.

## M E D I C V S.

**P**RÆTER Summissas in hoc verbo sciendum est, quod vltra decretum Concilii Lateranensis relati in cap. cum infirmitas, de penit. & remiss. adest Constitutio Pii V. Romæ publicata die 11. Mart. 1566. fol. ... in Bullar. tenoris sequentis.

Supra gregem dominicum nostræ vigilantia diuinitus creditum vigilis speculatoris, prout nobis desuper conceditur, exercentes officium, ad ea per quæ animarum saluti cum diuini nominis gloria consuli valeat libenter intendimus, vt Christi fideles post Baptismum in peccata lapsi, per sacramentum penitentia Deo reconcilientur. Sane cum infirmitas corporalis non nunquam ex peccato proueniat dicente domino languido quem sanauerat, vade noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat, ac propterea prouide fel. recor. Innoc. tertius prædecessor noster Medicis præceperit, vt cum eos ad a grotos vocari contingerit ipsos ante omnia moneant, vt animarum Medicos vocent, ne cum eis hoc in extrema egritudine constitutus suadetur, in desperationis articulum incidant. Nos igitur volentes hoc tam salutare præceptum nulla temporis præscriptione aboleri, sed semper obseruari constitutionem præfatam auctoritate Apostolica tenore præsentium innouamus, & hac nostra in perpetuum valitura constitutione statuimus, & decernimus quod omnes Medici, cum ad infirmos in lecto iacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, vt idoneo confessori omnia pec-

CATA



cata sua iuxta ritum S. R. E. confiteantur, neque tertio die ulterius eos visitent, nisi longius tempus infirmo confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo eius conscientiam oneramus, concesserit; & eis per fidem confessoris in scriptis factam constiterit, quod infirmi, ut præmittitur, peccata sua confessi fuerint. Coniunctos, vero ac omnes familiares, & domesticos infirmi in domino rogamus, monemus, ut de infirmitate parochum certiores faciant, ac tam parochus, quam coniuncti, & familiares præfati infirmum ad confessionem peccatorum suadeant, & inducant. Quod si qui Medicorum præmissa non obseruauerint, ultra penas in dicta Constitutione cõtentas, quas incurere declaramus, perpetuo sint infames, & gradu medicinae, quo insigniti erant, omnino priuentur, & a Collegio seu vniuersitate Medicorum eiciantur, ac pena etiam pecuniaria a iudicio ordinariorum, ubi deliquerint, mulctentur. Et ut hæc omnia inuiolabiliter obseruentur, volumus, & eadem auctoritate precipimus, & mandamus, ut nullus post hæc ubique locorum in Medicina Doctoretur, aut ei quomodolibet medendi facultas a quouis Collegio, & vniuersitate concedatur; nisi omnia in præfati nostra Constitutione contenta medio eorum iuramento coram Notario publico, & testibus obseruare in eorum manibus, vel ordinarij iurauerit, & de huiusmodi iuramento in privilegio seu licentia medendi specialis mentio fiat. Quod si collegia, & vniuersitates præfata non recepto a promouendis iuramento huiusmodi, eisdem ad gradum prædictum promouerint, aut eisdem medendi licentiam præstiterint, penam priuationis facultatis alios ulterius doctorandi incurrant. Mandantes in virtute Sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis venerabilibus fratribus, & Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Ciuitatibus, & diocesis suis proprijs præfentes nostras literas publicari faciant, ac iuramentum prædictum a Medicis iam promotis, seu licentiam medendi habentibus, omnibus iuris tempore exigant, neque aliquos ad medendum in ciuitatibus, & diocesis suis prædictis admittant, nisi eis constiterit eisdem iuramentum huiusmodi præstitisse, & contumaces, & iurare ac iuramentum huiusmodi iam præstitum exhibere recusantes, gradu Medicinae, & omnibus privilegijs eisdem Medicis tam conuenientem, quam diuisim eis, & eorum cuiuslibet concessis per quosuis etiam Romanos Pontifices priuent, ac ab ingressu ecclesiæ arceant, donec resipuerint. Non obstantibus præmissis privilegijs, indulgis, literis Apostolicis, quibusuis personis, collegio, & vniuersitate sub quibusuis verborum formis, & tenoribus concessis. Quæ omnia quo ad effectum validitatis Constitutionis nostræ, tantum reuocamus, cassamus, & annullamus, & omnes Principes seculares ac alios Dominos, & magistratus temporales regamus, requiramus, & obsecramus per viscera misericordie Iesu Christi eisdem in remissionem peccatorum multominus iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suam fauorem, & auxilium præstent, ac contrafacientes penas etiam temporalibus afficiant. Volumus autem quod præfentes literæ in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter Constitutiones extrauagantes, perpetuo valituras conscribantur &c.

Sciendum est, quod præter Constitutionem Pij V. de Medicorum Officio in curatione infirmorum relatum, extat altera Gregorij XIII. quod Medici Hebræi vel infideles ad Christianorum curam non admittantur publicata Romæ die 15. Aprilis 1581. folio 1303. in Bullar. incip. Alias præ mem. Paulus Papa Quartus, & infra.

Greg. 13.

Vniuersis vtriusque sexus Christi fidelibus districte prohibemus, & interdici-

mus,

mus, ne posthac Iudæos, vel alios infideles ad ipsorum Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocent, seu admittant, aut vocari, admittive faciant concedant, vel permittant. Mandantes propterea omnibus, & singulis Venerabilibus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, nec non dilectis filiis aliis locorum Ordinariis, & quibusvis Parochis, aliisque animarum curam habentibus, & exercentibus, sub indignationis nostræ, ac alius arbitrio nostro infligendis pœnis, ut præsentibus nostras literas in suis Ecclesiis, quæ in illis Ciuitatibus, vel diocœsibus constitutæ sunt, in quibus Hebræi, vel alii infideles moram trahunt, quam primum ad eos perlatæ fuerint, & deinde singulis annis initio quadragesimalis ieiunii publicent, aut publicari faciant, & quod si quis post earum publicationem etiam quomodolibet exemptus, ac cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præminentiæ existens aduersus illas facere ausus fuerit, sacramenta ei Ecclesiastica nullatenus ministrentur, nec etiam a regularibus exemptis, & sic decedens Ecclesiastica careat sepultura, quæ quidem omnia parochi ægrotantibus significare apto tempore non omittant, præsertim cum Iudæi, vel infidelem Medicum ab eis admissum esse cognouerint, & alias ipsi locorum Ordinarii contra huius mandati transgressors debita animaduersione procedant: Iudæosque ipsos nihilominus iuxta Pauli, & Pii. Pontificum prædictorum literas contra illos editas pro earum transgressione puniant. Non obstantibus &c.

## M I S S A.

**P**RÆTER Summissas sciendum est, quod ultra decretum Concil. Trid. sess. 22. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ, ibi (debitis horis celebrent) extat Pii V. Reuocatio licentiarum, ac facultatū celebrandi Missas vesperino tempore, publicata Romæ die 29. Martii 1566. fol. 924. in Bullar. tenoris sequentis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Pius diuina providentiâ Papa Quintus ad cuius notitiam peruenit, quod nulli Cathedralium, etiam forsitan Metropolitanorum, collegiarum, & aliarum ecclesiarum, nec non Monasteriorum, conuentuum, domorum, & aliarum Piorum locorum secularium, & diuersorum ordinum, ac Militarium regulariū, Prælati, Capitula, clerici, fratres alique superiores, & personæ antiquum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritum in statutis, Missarum celebrandarum temporibus peruertere satagentes, diuersas licentias, & facultates Missas, quæ media nocte, seu in aurora Natiuitatis, ac de mane Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, & forsitan aliarum festiuitatum iuxta prædictum Ritum celebrari consueuerat, de sero etiam forsitan circa solis occasum vigiliæ festiuitatum earundem in suis ecclesiis, & cappellis celebrandi, seu celebrari faciendi ab Apostolica Sede, vel eius legatis, ac etiam maiori Penitentiario pro tempore existente variis prætextibus impetrauerunt, illisque iam pridem vtuntur, hoc ab antiquo catholice ecclesiæ instituto, sanctorumque Patrum decretis deuiare considerans, ac propterea hunc abusum ab ecclesia Dei submouere volens omnes, ac singulas licentias, & facultates huiusmodi hæctenus etiam Motu proprio, vel quorumuis, etiam Imperatorum, Regum, & aliorum Principum contemplatione, & ex quibusvis causis, quomodolibet concessas, ac Apostolicas, & alias literas desuper confectas, illarum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, Apostolica auctoritate, ex certa scientia reuoca-

Congr.  
ti. de ce  
leb. mis  
sa.

Cc  
uit,

nit, ac omnino cassavit, & annullavit hac presentis perpetuo valitura constitutio-  
ne, quibusvis Prælati, capitulis, clericis, fratribus, aliisque superioribus, & perso-  
nis earundem ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, domorum, & aliorum  
locorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis suæ, ac perpetuæ su-  
spensionis a diuinis pœna districtius inhibens, ne deinceps missas vespertino tem-  
pore huiusmodi licentiarum, & facultatum huiusmodi, aut alio quouis prætextu  
celebrare, vel celebrari facere præsumant, ac mandans locorum ordinariis, ut eã-  
dem presentem constitutionem sub prædictis, & aliis sibi benevisis pœnis per  
quoscunque Prælatos, capitula, clericos, fratres, superiores, & personas huiusmo-  
di inuiolabiliter obseruari faciant, contradictores quoslibet auctoritate Aposto-  
lica compescendo. Non obstantibus, &c.

Bullam Pii V. reuocationis licentiarum Græcis Latino more, & Latinis Græco  
ritu Missas, ac alia diuina officia celebrandi hætenus concessarum vide supra  
in verbo Græcorum ritus fol. 68.

*Vid Na  
uar. in  
ma. c. 25  
nu. 82.*

Quanta circumspectione uti debeant Episcopi in cõcedendis licentiis, ut sacro  
sanctum Missæ sacrificium in priuatis alicuius domus Oratoriis celebretur, atten-  
dendum est tum ex Concilio Trid. sess. 22. in decreto de obseru. & euit. in celebra-  
tione Missæ, ibi, Neue patiantur priuatis in domibus &c. & Illustrissimi Cardina-  
les declarauerunt id non debere permiti, nisi propter necessitatem, & tunc fieri  
debet Oratorio, aut altari ad diuinum cultum tantum dedicato, ut refert Io. Gu-  
tierrez lib. 1. canon. quæst. c. 30. nu. 28. tum quia quando Summus Pontifex hanc  
licentiam per Breuia Apostolica indulget, solet in illis apponere sequentia mode-  
ramina, seu clausulas, videlicet, Ut Oratorium ad hoc deceter constructum, & or-  
natum existat, ac ab omnibus domesticis actibus liberum, ab Ordinario loci etiã  
visitandum, & approbandum. Item ut Missa celebrari possit per quemcunque  
Sacerdotem sacularem, seu de Superiorum suorum licentia regularem. Item ut di-  
cta concessio intelligatur, sine tamen iurium parochialium præiudicio, ac excep-  
tis diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Natiuitatis Domini nostri  
Iesu Christi. Item adici solet, ut alii, præter familias illius personæ, cuius contem-  
platione dicta licentia impartitur seruitio necessarios, ibidem Missæ intereuntes  
diebus festis de præcepto ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia minime li-  
beri censeantur.

Posse Episcopum in Synodo refrenare, seu reducere numerum Missarum, a  
Fidelibus relictarum vbi tenues sunt elemosynæ, & Missæ non dicuntur, deduci-  
tur ex Concilio Trid. sess. 25. de reform. cap. 4. Quã de re cum Capitulo Cathedra-  
lis Neap. pro tenui elemosyna incumberet onus celebrationis tot anniuersario-  
rum, ut ad salutare remedium præfati Concilii sibi recurrendum foter, hæsitaba-  
tur tamen, eo quod in d. c. 4. de Missis tantum mentio fiebat, & non de anniuersa-  
rijs, & consulti Illustrissimi Cardinales, eis super hoc ipsius Capituli nomine sup-  
plicatione portecta, rescripserunt, ut sequitur.

Perillustris, ac Reuerendissimo Domino vti fratri, D. Archiepiscopo  
Neapolitano.

Perillustris, ac Reuerendiss. Domine, Cum ex libello hoc Capituli istius Ca-  
thedralis nomine oblato cognitum esset Illustrissimis Cardinalibus, qui sacra  
Trid. Concilii decreta interpretantur, dubitari abste, An eiusdem Concilii de-  
cretum sess. 25. c. 4. intelligatur etiam de anniuersarijs, ij Amplitudini tuæ signi-  
ficandum censuerunt, decretum prædictum in sacrorum etiam Anniuersariorum  
reductione locum habere, ut in margine ipsius libelli adscriptum est. Quamo-  
brem

brem Amplitudo tua præfati canonis facultate in casu proposito vti non dubitabit, & Bene in Domino valebit. Romæ die 26. Nouembris 1583.

*Amplitudinis tuæ vti frater Philip. Boncomp Card. S. Sixti.*

Item, vt refert Gonzalez in præcit. commen. glo. 5. nu. 29. declarauit eadem Sacra Concilij Congregatio, vt sequitur. Fuit etiam dubitatum, quid iuris de illis, qui nullum certum habeant beneficium, sed solum iure legati relictum fuit a quibusdam, vt certæ in hebdomada Missæ celebrentur, & eorum hæredes faciant electionem Sacerdotum, qui huiusmodi legato satisfaciant? Responsum fuit a Congregatione, satis esse, si prædicti hæredes eligerent Sacerdotem aliquem ex approbatis ab Ordinario.

In Ecclesijs Parochialibus, & quæ sub Magistrorum laicorum gubernio, & directione esse solent, ex stauritis nuncupatis, sacerdotalia munera, ac presbyterales functiones, quæ populi, & animarum curam quaquomodo concernere videntur, quales sunt.

Candelarum, Cinerum, Palmarum, Fontis Baptismalis benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, & celebrationes Missarum feriæ v. in Cœna Domini, & Sabbati Sancti asperiones domorum, & quæ in Dominicis diebus in Ecclesia fiunt, quæque circa cultum Sanctissimi Sacramenti Corporis Christi in 40. horarum oratione, & similes non ad Cappellanos, seu Sacristam Ecclesiarum huiusmodi ab eisdem laicis deputatos, sed ad Parochum, seu Rectorem animarum curam habentem in Ecclesijs huiusmodi institutum præcedente examine, & alijs requisitis ab Ordinario loci prouisum spectare debere censuit Sacrorum Rituum Congregatio, die 18. Maij 1921.

*Decretū sac. Congr. Congr. tit. de celebr. Miss.*

Ptolomeus Cardinalis.

Alex. Gratianus pro Secretario.

MONASTERIA ET CONVENTVS REGVLARIUM VIRORVM.

PRÆTER Summistas, quantum ad clausuram attinet, sciendum est Pium V. per eius constitutionem reuocasse omnes licentias ingrediendi monasteria, & domos Cartusien. & aliorum quoruncunq; Regularium ordinum, etiam Mendicantium, quibusuis mulieribus concessas sub die 14. Octobris, & publicatâ Romæ die 28. eiusdem mensis 1566. fol. 95. in Bullar. tenoris sequen.

*Pij V.*

Regularium personarum, quæ relicto sæculo Dei se obsequio dedicarunt pro commisso nobis officio, quieti consulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religioforum earum propositum impedire possunt, curam nostram libenter intendimus, vt nulla re, quæ eas a diuino cultu auocet, præpedita, secundum ordinum suorum regularia instituta, & decretum Sacri Trid. Concilij tranquillis mentibus gratiam altissimo impendere possint famularum. Quia igitur, & Cartusienis ordinis, & aliorum Regularium vitam professorum quies non parum solet, sicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres modestiæ matronalis oblitæ, domos, ac monasteria eorum, contra ipsorum instituta prætextu confessionalium, aut aliarum literarum Apostolicarum ingredi audeant.

*Congr. tit. de regula seu de statu regul.*

Cc 2 ipfis

ipsis etiam Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & alijs Præsidentibus aliquando recusantibus, & tenentibus, non sine magna eorum moleſtia, nec sine graui laicorum etiam offensione, ac scandalo, si quando admitti nimis facile videantur huic rei prouidere volentes Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, omnes, & singulas facultates, ac licentias ingrediendi monasteria, ac domos Cartusienſium, & aliorum quorumcunq; regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieri cuiuscunq; status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunq; dignitate, ac præeminentia præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & quibuscunq; verborum tenoribus, & formis, & cū quibuscunq; etiam derogatorijs derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis; Nec non irritantibus decretis ab Apost. Sede quomodocunq; concessas, quarum tenores perinde ac si de verbo ad verbum præsentibus inferrentur, haberi volumus pro expressis, tenore præsentium reuocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus; Districte pro libentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætendentibus, sub excommunicatis lata sententia pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, a qua non possint nisi a nobis, aut a Rom. Pontifice, qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo: ne dictas domos, & monasteria ingredi audeant. Ipsi vero monasteriorum, & conuentuum Abbatibus, Præpositis, Prioribus, & alijs Præsidentibus, quocunq; nomine vocentur: eorum Monachis, Canonicis, & Fratribus, siue mendicantibus, siue non mendicantibus, sub priuationis officiorum, quæ in præsentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis, a Diuinis ipso facto, sine alia declaratione, incurrendis pœnis, nec eas introducere, admittereue præsumant. Non obstantibus, &c.

Quam reuocationem confirmauit Gregor. XIII. extendens etiam ad monasteria monialium per eius constitutionem incip. Vbi gratia, fol. 1239. in Bullar. de qua infra in verbo Monasteria monialium, super qua reuocatione ab eodem Pio D. edita fuit declaratio in eum, qui sequitur modum.

Nos Alexander miseratione Diuina tituli Sancti Ioannis ante portam Latinam Presbyter Cardinalis Cribellus nuncupatus, omnibus, & singulis præsentibus nostras literas inspecturis, lecturis, & audituris fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis attestamur, qualiter Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Pius Diuina prouidentia Papa V. viua vocis oraculo nobis facto dixit, & declarauerit, fuisse, & esse mentem, & intentionem suam, quod eius literarum forma Breuis, sub die 24. Octobris 1566. Pontificatus sui Anno primo editæ, in quibus, Mulieribus, quibuscunq; Monasteriorum Regularium ingressus cum derogatorijs clausulis, & irritantibus decretis prohibebatur, non solum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & habere prætendentes facultatem; & indulta ingrediendi huiusmodi monasteria, sed etiam omnes, & quascunq; mulieres alias tam in genere, quam in specie. Significans nihilominus idem Sanctissimus D. N. eodem viua vocis oraculo nobis facto, quod propter hoc, & per dictas suas literas non intellexit, nec intelligit quod mulieribus præcludatur aditus accedendi ad monasteria, & loca regularia, ac eorum claustra, quando in eis Missæ, & alia Diuina officia celebrantur, ac quando processiones fiunt, & quando Christi fidelium cadauera ibi sepeliuntur, ac etiam pro eis suffragia fiunt, sed libere concessit, & condidit eisdem omnibus mulieribus facultatem, ut ad illa loca, in quibus dicta pia opera exercentur cum alijs catholicis personis accedere libere, & licite possint, & valeant, & similiter quod quando diuinum verbum

in ecclesia Monasteriorum, & regularium huiusmodi proponitur vel propter aliam quamcunque causam est tantus concursus populi, quod commode ingredi non possint, & egredi per principalem portam ecclesiae, concessit, & concedit eodem viae vocis oraculo, ut dictae mulieres una cum alijs secularibus personis possint ingredi, & egredi per portam claustrii Monasteriorum, & regularium locorum huiusmodi, dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur a monasterio, non obstantibus privilegijs, & literis Apostolicis, ac quibuscunque in contrarium facientibus. In quorum omnium, & singularum fide, & testimoniū praemissorum praesentes nostras literas ex inde fieri fecimus, illasque manu propria subscripsimus, sigillique nostri, quo in talibus utimur, impressione communiuimus. Datum Romae in Palatio Apostolico in aedibus nostrae solitae residentiae sub anno a Natiuitate Domini 1568. Indictione 11. Die vero 28. mensis Ianuarii, Pontificatus praesentis Sanctiss. D. N. Pii V. anno tertio.

Alex. Card. Cribellus.

Robertus Fontanus loco ꝑ sigilli.

Adde Nauar. in man. cap. 27. sub num. 250. & in cap. statuimus. num. 62. in 4. notab. 19. q. 3. affirmantem fuisse etiam de mente, & sententia Greg. xiii. includere etiam mulieres intrantes sine vlla tali facultate, & licentia, & subdit ita seruare praetorium Penitentiariae, idem testatur auctor Cateches. Neap. lib. 3. cap. 12. f. 208. qualiter vero ad hunc finem intelligatur clausura regularium virorum, & sic quando sub ista prohibitione ingressus monasterii comprehendantur homines, & sacristiae, item in quibus casibus mulieres, illasque admittentes propter huiusmodi ingressum non incurrerent in poenas, pleraque alia ad resolutionem dubiorum, & difficultatum, quae occurrere possent circa intelligentiam praedictarum constitutionum, & declarationis Pii V. supra relatae reperies annotata, & accurate elucidata, per bonae mem. R. P. F. Hieronymum a Sorbo ordinis Capuccinorum in Compend. Priuileg. Fratrum Minorum, & aliorum, in verbo ingredi Monasteria, quo loco inter cetera recenset duas Illustrissimorum Cardinalium declarationes ad propositum huius materiae, quarum altera est, quod Illustriss. Car. Alexandrinus, nomine aliorum Cardinalium Congregationis Praelatis d. Ordinis Capuc. anno 1584. respondit in Monasterijs seu locis eorum, quae sunt in fieri, vel in qua, dum fabricantur adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus, sed solum ibi aliqui habitauerint Fratres pro Fabricae potius seruitio, quam aliter, Clausuram nullam esse talem ut si mulieres intrarent, poenas propterea in suprad. Motu proprio contentas incurrerent. Idemque debere dici de Domibus, seu Infirmarys in Ciuitate positis, cum nec ecclesiam, nec conuentum habeant.

Altera declaratio est, quod per Greg. xiii. ex sent. Congregationis Conci. Trid. religioso fratri ordinis Minimorum S. Francisci de Paula quarenti, An per supra dictum Pii V. statutum censeretur derogatum suae Regulae Concessioni huic, ut singulae Dominae de stirpe Regia procreatae, ac etiam omnes huius ordinis fundatrices, quae locorum eiusdem ordinis septa communiora videre postulauerint, eodem honore cum sua comitua intrare, ac deuote uisitare tolerent. Fuit declaratum non censeretur derogatum quo ad Reginas, vel Fundatrices duntaxat.

Quantum vero attinet circa qualitatem recipiendorum ad religionem, & statum regularium extat Sixti V. Constitutio contra illegitimos, illegitimos, criminosos, & reddendis rationibus obnoxios, ad aliquam religionem transire volentes, & contra regulares absque superiorum licentia de prouincia in prouinciam euntes seu transmigrantes, publicata Romæ die 27. Nouembris 1587. tenoris sequentis.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

*Cōgruit  
ri. de re  
gular et  
trāseun  
ti ad re  
lig.*

**C**VM de omnibus Ecclesiasticis ordinibus in ea, qua conuenit puritatee, & dignitate conseruandis, præcipuam geramus sollicitudinem, tum vero illud præter cetera nobis cordi est, vt a Regularium personarum Congregationibus, quas tanquam Deo dicatas maxime candor, sanctitasq; decet, cuiuscunq; criminis aut turpitudinis labes, & scandali occasio quam longissime arceantur. Siquidem res ipsa nos admonet, quam indecorum sit, & ab ea, quæ diuinæ Maiestati, ei que consecratis personis debetur, reuerentia, alienum, si eiusmodi homines, qui propter sua scelera, pœnas graues sibi in saculo propositas timent, qui ue propter immunditiam, & peccata ex quibus orti sunt, notati perpetua ignominia ab omni mundano honore, & a paterna hæreditate repelluntur, iisdem omnipotenti, Deo, tanquam hostiæ offerantur; atque ad habitandum in domo, quam decet honor, & sanctitudo, inter ministros Domini, cui seruire regnare est, ad sacras functiones quacunque profana præeminentia multo nobiliores, sine vilo delectu admittantur. Cum etiam secundū legem Moysi, immundi ab ingressu Sanctuarii excluderentur, ac sacerdos habens maculam panes Deo suo offerre non posset, nec accedere ad ministerium eius, & quod in holocaustum Domini, aut victimam pacificorum offerebatur, id immaculatum esse deberet, vt acceptabile foret, nec vlla macula esset in eo, quod si maculam habuisset, neque offerendum, neque acceptabile futurum esset.

Ne igitur contingat illegitime genitos, qui vt plurimum parentum vitia, & in continentiam imitari solent, nec pietatis studio, sed temporalium commodorum intuitu (quia hæreditates maiorum aut dignitates aliquas consequi non possunt) ad Religionem confugiunt, vitam quam a Religione alieno susceperunt ab institutis Religiosis alienam, plerumque cum dedecore, & propriæ salutis dispendio ducere, suisque corruptis moribus, & malis exemplis, quietem, & statum ceterorum Deo famulantium perturbare, aut hac quasi fece, & colluue ipsarum Religionum honorem, & existimationem lædi vt denique homines qui hac spe ad filios spurios in peccato genuendos essent propentiores, eo magis abstineant ab huiusmodi carnis flagitiis, quo suæ proli hoc quoque refugium præclusum viderint. Hac nostra in perpetuum valitura cōstitutione districte interdiciamus, & prohibemus, ne illegitimi, procreati ex incestu, aut ex sacrilegio (quorum scilicet Patres consanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicē coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens castitatem Deo vouerit) et Apostolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate, legitimated, aut natalibus restituti, ad aliquam quorumcunq; ordinum, etiam Mendicantium, & non Mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hospitalium Religionem, neque ad habitum, nec professio-

tionem

tionem regulares recipi, vel admitti quoquomodo possint. Quod si eorū quispiā habitum post publicationem presentis Constitutionis in futurum receperit, vel professionem posthac emiserint, decernimus habitus susceptionem, & professionem ex nunc, prout ex tunc, irritam, nullam, & inuaidā, nulliusque roboris vel momenti fore, ac nullum exinde, aut ex huiusmodi voto penitus annullato, obligationis vinculum oriri posse, quinimo illos habitu regulari, ad quem reassumendum perpetuo inhabiles sint, quam primum exui, & ab ipsa Religione eiici, exterminarique debere. Et nihilominus quicumque Superiores, tam Monasteriorum, Prioratum, Praepositarum, Domorum, Collegiorum, & locorum regulariū, quam etiam praefatorum ordinum, Congregationum, Hospitalium, & quarumcunque Religionum Prouinciales, vel generales quouis nomine nūcupati, qui ex praedictis incestu, vel sacrilegio genitos post dictam publicationem ad habitū receperint, vel ad professionem admiserint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, a qua eorum nemo, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio quam Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere.

Sed ne is, qui in humilitatis Spiritu, Deo, & Religioni seruire, & penitentiam agere intra Monasteria, vel domos regulares, cupiunt, ad sanctum huiusmodi propositum via penitus pracludatur, permittimus, vt praefati illegitimi, ex dictis incestu, aut sacrilegio geniti ad habitum Conuersorum, seu famulorum in Monasteriis, vel domibus regularibus seruientium recipiant, & in ipsis Monasteriis, seu domibus ad seruitia ministeria, viliora obsequia, humiles functiones, atque abiecta seruitia admitti possint, ea tamen conditione, vt ad habitū religiosorū, vel ad professionem, quam Religiosi emittere solent, emittendam, nec non ad omnes nō modo sacros, sed etiam minores ordines, vel ad Clericalem characterē, denique ad cuncta Ecclesiastica officia, & functiones, & ad ascendendum ad alterius gradus sint eis portae perpetuo clausae, & obseruatae.

Quo ad reliquos vero non ex incestu praefato, nec sacrilegio, sed ex quouis alio minus legitimo toro natos, spurios, vel naturales etiam, vt praefatur, vel alias legitimatos, qui ob meliorem vitae frugem, Religionē ingredi cupiunt, statuimus, & ordinamus, eos ad Religionem admitti non posse, aut debere, nisi prius illorū vita, & moribus diligenter cognitis, & circumstantis vniuersis, quae circa idoneitatem personae attendendae erunt, consideratae, ac de Religionis zelo pietate, integritate, & doctrina fide dignis testimoniis a deo commendati fuerint, a deo bonā indolem, & specimen virtutis praeseferant ac tot merita eis suffragentur, vt defectum natalium suppleant, eorumque receptio vniuersae Religioni commodo, & utilitati profutura videatur. Et super hoc ipso in Generali vel Prouinciali Capitulo, matura deliberatione habita, Generalis, vel Prouincialis Superioris, ac Diffinitorum vniuersi consensu approbati, & ad habitum regulare admissi extiterint: & tamen hi sic recepti ad gradus, honores, & dignitates sui ordinis obtinere, perpetuo inhabiles, & illorum incapaces remaneant, nisi super hoc cum eis fuerit auctoritate Apostolica specialiter dispensatum. Si quis autem eorum alias quam vt praefatur, recipietur, professio similiter nulla sit atque ipsi habitu priuari, & a Religione eiici debeant, eorumque receptores, excommunicatione, vt supra, a nodati ipso facto existant.

Ceterum quoniam saepe se vitia ingerunt, & se esse virtutes mentiuntur, ac multi decoctores post dilapidatam rem familiarem, & contractam ingentem vim aeris alieni, aut interuersam alienam pecuniam eorum fidei creditam, vt ratiocinia effugant, alii post furtā, latrocinia, rapinas, homicidia, aliaue facinora patrata,



Etiam banniti, aut damnati, seu qui meritis pro suis delictis poenas merentur, non pia intentione, sed ad evitandam legum, & iudiciorum severitatem quia tuto in saeculo vivere non possunt, tunc demum quarunt a Religione auxilium, quando aliunde illud non sperant, unde sub habitu, & nomine Religiosorum, animum Religioni inimicum, inueterata vitia retinent, neque alios, qui sancta vocatione vocati sunt, patiuntur tranquille divinis obsequijs insistere, in gravem Dei offensam, Religionis opprobrium, & scandalum plurimorum, ut his quoque subterfugij, & impunitati spes omnis tollatur, auctoritate Apostolica, & tenore praesentium, etiam perpetuo statuimus, & ordinamus, iuvenes, aut viros adultos maiores sexdecim annis, non aliter in aliquam Religionem recipi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, patria, de qua antea acta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione compertum, & exploratum sit, eos neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut graviora, reos vel suspectos existere, ut propterea damnati sint, aut ne damnetur, formident, neque ingenti aere alieno supra vires facultatum suarum gravatos, vel reddendis ratiocinijs ita obnoxios, ut ex huiusmodi causa, his, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit ne inferatur. Nisi denique constet, ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum devotionis, & pietatis fervore, vitam Religiosam sponte, & ex animo elegerunt: Deque his omnibus in Generali, vel Provinciali Capitulo plena, & indubitata fide facta, tam Superioris generalis, seu Provincialis, quam Diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint. Omnes autem, & quoscunque, ut dictum est, criminosos, vel suspectos, aut aeri alieno, ut etiam diximus, vel rationibus reddendis obligatos, ad Religionem perpetuo inhabiles declaramus, Et si qui eorum contra praesentem a nostram constitutionem temere admittentur, tam susceptionem habitus, quam professionem, & inde secuta, ex nunc, prout ex tunc pari modo irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu carere decernimus: ac iubemus, eos qui sic de facto recepti erunt, habitu spoliari, & a Religione expelli: & nihilo minus si expulsi non fuerint, volumus, & pariter declaramus habitu susceptionem, & professionem penitus nullum esse ceteri, ac propterea attenda nullitate habitus, & professionis, licere quibuscunque Iudicibus, Curijs etiam secularibus, ad quos, seu quas spectat contra eos, ut prius iuris, & facti remedijs opportunis, ex officio, vel ad cuiuscunque instantiam vel querelam civiliter, criminaliter, aut mixtum procedere. Quare volumus, ut cuiusque iuuenis, aut viri maioris 16. annis a saeculo ad Religionem b transeuntis, approbatio, admissio, & receptio in Generali vel Provinciali Capitulo, ut supra ordinatum est, pro tempore fiant, nec non Religiosi sic recepti nomen, & cognomen, quibus in saeculo vivebatur, & patria in actis ipsius Capituli describantur, & notentur. Et in super quoscunque Religiosos, eorumque Superiores, qui aliquas personas, ut dictum est, inhabiles post hanc Constitutionem publicatam receperint, voce activa, & passiva, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuscunque per eos obtentis eo ipso in perpetuum privamus, tam illis privatos, quam ad illa, & alia quaecunque in posterum obtinenda perpetuo inhabiles, eorumque incapaces decernimus, & declaramus.

Sed, & quia interdum Satanas in Angelum lucis se callide transfiguratur, ac perditu quidam, & facinorosi homines, quod saepe vidimus, & experti sumus, instigante antiquo Pacis, & Religionis hoste, non veriti sunt temerario ausu habitum Religiosorum assumere, ea mente, ut veluti sub ovina pelle lupi rapaces, per do-  
lum.

lum, ac insidias Christi fideles incautos, & nihil mali a Religiosis suspicantes opprimerent, siue ut post scelera perpetrata, viam faciliorem ad fugam haberet, siue ut banniti Curia secularis, quæ eos propemodum interceptos persequeretur, manus effugerent; & contingit aliquando ipsos Sicarios, Religiosis vestibus indutos, a veris Religiosis hac fraude deceptis, intra domos Regulares hospitio receptos fuisse; prohibemus eodem modo atque interdiciamus, ne quis Regularis ex vna Prouincia ad aliam Prouinciam sui ordinis transeundo, etiam in itinere, intra aliquod Monasterium, domum vel locum alterius Prouincia ad habitandum, vel tanquam hospes recipi, aut ad modicum tempus diuertere possit, nisi a Superiore eius loci ubi residet, expressam licentiam discedendi in scriptis obtentam, seu literas obedientia, vel commendatitias secum deferat, atque exhibeat, vel nisi sita cognitus sit ijs, ad quos diuerterit, ut de eius persona, nullus omnino dubitationi, aut suspicioni locus relinquatur. Ideoque præcipimus vniuersis, & singulis locorum Ordinariis, eorumque Vicariis in spiritualibus generalibus, ut per suos officiales, Ministros, vel executores curent ab omnibus personis regulari habitu indutis, quas per suas Ciuitates vel dioceses iter facere, vel transire, & ad quæcumque Hospitia, vel diuersoria recipere contigerit, diligenter perquiri, num huiusmodi literas obedientia, seu commendatitias secum deferat, quod si eos dictas literas non habere, vel ignotos esseprehenderint, possint contra ipsos etiam, tanquam dictorum criminum suspectos procedere, & tandem illos sub custodia detinere, donec certa de eisdem notitia habeatur. Et tamen volumus, ut, ij qui etiam pietatis vel hospitalitatis prætextu, regulares alterius Prouinciæ ignotos, aut sine licentia, vel literis ut supra receperint, dictas pœnas priuationis vocis actiua, & passiva, nec non officiorum, graduum, honorum & dignitatum obtentorum, atque inhabilitatis perpetua pariter incurrant. Decernentes sic in præmissis omnibus per quoscunque iudicari debere. Nec non irritum & inane, si secus a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, dictorum ordinum, Congregationum, Hospitalium, & locorum Regularium apud nos, & Sedem Apostolicam protectoribus, nunc & pro tempore existentibus ac locorum Ordinarijs præfatis, per Apostolica scripta mandamus, ut eorum vnusquisque, per se vel alium, seu alios, Cardinales quidem in sua protectionis, ordinarij vero in suarum Ciuitatum, diocesum, & districtuum regularibus locis, curent præfatas literas publicari, easque perpetuo firmiter, & inuiolate obseruari; Inobedientes, censura & pœnas prædictas incurrisse declarando, illasque etiam iteratis vicibus aggraуando, Inuocato eo iam si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus, &c. Dat. Rom. 6. Kal. Decemb. 1578.

Sequitur altera Sixti V. Constitutio super dubijs in priori constitutione emergentibus de admittendis ad habitum & professionem Regularibus declaratio in forma perpetuo valitura constitutionis, Datum Romæ 12. kalen. Nouemb. 1588. & publicata die 7. Nouemb. 1588. tenoris sequentis.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam  
rei memoriam.

*Congr.  
titul de  
regu et  
transen.  
ad relig.*

**A**D Romanum spectat Pontificem Sacrorum Canonum conditorem, quæ per eum sancta functa sua declarationis arbitrio dilucida reddere, ut inde nemini possit dubitationis scrupulus exoriri; præsertim vero salubriter consulere, ut cum de Regularibus agitur, qui se omnino Dei omnipotentis obsequio manciparunt, tollantur ea omnia, quæ eorum Sanctum Christo pie inseruendi institutum quoquomodo valeant perturbare. Sane post editam nostram Constitutionem, quæ incipit: Cum de omnibus ecclesiasticis, &c. Super modo, & forma recipiendi, & admittendi eos qui sub Religionis iugo Altissimo famulari desiderant, cum variæ sint exortæ dubitationes, & quæstiones eæque postea ad audientiam nostram perlata; Nos ad tollendam omnem ambiguitatis occasionem, habita cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis super Regularium negotiis & consultationibus per nos instituta matura deliberatione, de illorum consilio & assensu præsentem nostram perpetuo valituram declarationis Constitutionem duximus promulgandam. Cum itaque inter alia dubitetur, num primo dicta nostra Constitutio ubi de illegitime genitis loquitur, comprehendat etiam eos qui postea per subsequens matrimonium fuerunt legitimi: Nos inhærentes Sacrorum Canonum dispositioni auctoritate Apostolica tenore præsentium

Declaramus illegitime natos ex ijs parentibus, inter quos tempore quo ipsi geniti sunt, matrimonium rite consistere poterat, secuto postea matrimonio legitimos effectos sub dicta Constitutione minime comprehendi, sed eos quo ad emitendam professionem quam quo ad consequendos gradus, honores & dignitates, sui ordinis, a quo iure cum illis qui ex matrimonio legitimo, & constanti nati sunt, censendos esse.

Illegitimos vero etiam ex soluto & soluta, qui antequam nostra Constitutio emanaret professi, vigore seu prætextu privilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuius Ordini, Religionis, Monasterio, aut Congregationi eorumque superioribus in genere, vel in specie concessorum eo ipso per ingressum religionis, vel per eosdem superiores sine alios quoslibet etiam Sedis Apostolicæ de latere legatos, aut alios officiales, vel ministros quavis præeminentia, vel auctoritate etiam Apostolica fungentes, aut facultate suffultos legitimi, aut ad gradus, honores, & dignitates habilitati, seu reintegrati, & illis alias præferti sunt: Volimus posthac non obstantibus quibuscunque tam antiquis privilegijs, aut literis Apostolicis, quam alius indultis seu declarationibus, etiam si illa per nos post dictam constitutionem novissime edita fuisse asserantur, honores, gradus, aut dignitates huiusmodi obtinere non posse, ac dispensationes, & legitimaciones quasunque eis nullatenus suffragari, nisi specialiter & nominatim cum eorum singulis fuerit super natali defectu ad honores, gradus, & dignitates obtinendas ante vel post ingressum religionis per Rom. Pontificem immediate, vel de eius speciali mandato dispensatum, deque dispensatione seu mandato per literas Apostolicas, seu in forma Brevis, vel saltem per patentes literas Cardinalis Protectoris de ipsius Rom. Pont. voluntate fidem facientes legitime constituti.

Eos pariter qui tempore publicationis nostræ Constitutionis in suis Religionibus,

gionibus, sine huiusmodi speciali Rom. Pont. dispensatione officia, honores & dignitates habeant ad vitam, eo ipso ab illis amotos, & absolutos harum scilicet declaramus. Ad tempus autem illa obtinentes permittimus in sua administratione vsque ad finem sui temporis conservari: ita tamen vt in posterum nec tempus ordinarium eis protogari, aut extendi, neque ipsi ad alias non modo similes verum etiam neque ad inferiores, aut altiores, & maiores dignitates, honores, gradus ascendere possint, perinde ac si id ipsum præfata nostra Constitutione ab initio expressum fuisset.

Ne tamē huiusmodi Religiosi in liberalium artium, ac præsertim sacre Theologie studiis, & religiosis profectibus segniores fiant, atque eorundem pia studia refrigescant, eos nosse volumus, quod si ipsorum quispiam eximia doctrina, vitæque & motum sanctitate excellere reperietur, deque eorum probitate, & præclaris meritis ordinum Protectores eam apud nos fidem fecerint, vt non immerito sperari queat, eorum doctrinam & operam ipsi Ordini, & sanctæ dei Ecclesiæ vsui & commodo futuram, tunc demum indulgentiam & benignitatem nostram facile experientur.

Quoniam vero a multis questum est sub nomine honorum, graduum & dignitatum a quibus illegitimo penitus excluduntur, quod potissimum sit intelligendum: Declaramus hinc in re, de qua nunc agitur, appellatione dignitatum honorum, graduum debere intelligi Præpositatus, Abbatatus, prioratus, Guardianatus, Custodiatus, Prouincialium, ac Generalium superiorum officia, & alia his similia cum honore, & superioritate coniuncta.

Ab officiis autem oneris veluti lectoris, confessorii, studiorum, & sacre Theologie Magistris, Regentis, Prædicatoris verbi Dei, & ceteris huiusmodi, immo etiã a voce actiua, a sacris ordinibus suscipiendis ipsorumque ministerio ipsos illegitimos, dummodo ex sacrilegio vel incestu geniti non sunt, nequaquam arceamus.

Cum vero in quibusdam Religionibus Capitula Prouincialia, aut nunquam, aut non quotannis, sed rarius celebrentur: quædam etiam monasteria, aut domus huiusmodi in remotissimis regionibus Hæreticorum, aut Infidelium Tyrannidi finitomis sita sint: neque, quos extra Capitula ad habitum, vel professionem regulares adinitu prohibuimus, tempus celebrandis capitulis præfixum nimis diu expectare, aut ad ea cum maximo incommodo accedere cogantur, concedimus, & indulgemus.

Vt in qualibet Prouincia saltem duo, vel si commode fieri poterit, tria aut plura monasteria seu domus regulares deputentur, quarum seu quorum superiores infra annum saltem ad inquisitionem super Nouitiis faciendam, & ad ipsos Religiosos iuxta formam præfate Constitutionis recipiendos, & ad alia quæ in ipsa constitutione continentur peragenda in simul congregentur.

Quod si paucitas, aut nimia distantia Monasteriorum ne id quidem patiat, saltem tribus ex antiquioribus Patribus vnius Monasterii, aut domus eius Prouincie huiusmodi facultas & auctoritas per Capitulum Generale scilicet Monachorum, vel Prouinciale Mendicantium, & reliquorum Regularium eius ordinis demandetur.

Verum iis Monasteriis, domibus, & locis regularibus, quæ aut nondum in Congregatione redacta, aut alias nulli Prouincie subiecta sunt, statuimus, vt trina Capitula Conuentualia tribus distinctis cum intervallo saltem decem dierum vicibus celebrata, eandem in recipiendis Nouitiis per trinas huiusmodi distinctas

vices

vices approbatis habeant auctoritatem, quæ per nostram Constitutionem Capitulis Prouincialibus est attributa.

Neque vero si in Generalibus vel Prouincialibus Capitulis aliqui vocales deficiant, nec si a diffinitorum consensu aliquis discrepauerit, idcirco receptio religionum retardari, impediri, aut impugnari debet: sed satis esse volumus si vocalium & suffragiorum numerus legitimus a iure, vel per cuiuscunque ordinis statuta præfinitus interuenierit. Et quod de Capitulo Prouinciali aut Generali dictum est, idem iuris statuimus, si quæ Religionem non Capitulorum, sed Congregationum, aut dietarum, vel alio quouis nomine vti reperiantur.

Quod autem pertinet ad professionem tam illegitimorum, quam eorum qui post 16. ætatis annum expletum regularem habitum susceperunt; quia tunc demum vere & proprie religiosi effici dicuntur cum professionem emittunt; Declaramus eos qui ante prædictam nostram editam Constitutionem habitum susceperint, & post ipsius promulgationem eueniunt profiteri, non alias ad professionem admittendos esse, quam facta inquisitione, & seruata forma in ipsa constitutione præscripta, & eorum, qui post dictam promulgationem etiam ignoranter non habita dicta inquisitione, & non seruata forma ad professionem admissi fuerint professionem nullius esse roboris, & momenti. In oblati autem & Conuersis professionem emittentibus satis erit si quo ad mores, & statum personarum ipsa inquisitio fiat.

Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibusuis ordinibus, & religionibus, neque etiam tacita professio quoruncunque religiosorum induci possit, nec dicta intelligatur, nisi in receptione constitutionis forma seruata fuerit.

Si quis vero ante editam nostram Constitutionem iam tacite professus, expresse capiat profiteri, vel si quis apostata ad suam Religionem redire voluerit, inquisitio & forma præscripta non erit necessaria, nisi vel de moribus, statu, & qualitate personæ, vel de validitate ipsius tacite professionis dubitatio aliqua oriatur.

In ijs autem qui in locis a sua patria longissime remotis degentes, vel quorum patria ab Hæreticis, vel Infidelibus misere oppressa detinetur, voluerint se diuinis obsequiis sub regulari habitu dicere, vt in hoc quoque Sedis Apostolicæ benignitas eluceat, quæ cunctos mortales, præsertim vero exteros ex longinquis regionibus ad eam assidue confluentes materna sinu libenter amplectitur, sancimus exteros huiusmodi aduenas, quamuis non liquido constet de ijs omnibus quæ in constitutione nostra requiruntur, tamen si diligentia adhibita nihil appareat, quod eos impediatur, habiles reputandos esse.

Quod si quis ante vel post Constitutionem ipsam professus ad sacros ordines vel ad honores, gradus, & dignitates promotus existat, & postmodum in eo natalium defectum, aut criminum in dicta Constitutione nostra expressorum nota, quæ prius ignorabantur, detegi contigerit. Decernimus eum statim post huiusmodi defectus notitiam habitam non alias quam iuxta formam ipsius constitutionis ad honores, gradus, & dignitates, aut ad executionem sacrorum ordinum admitti debere.

Contra criminosos vero, quorum professio eadem Constitutione nostra irrita declaratur, ac propterea Iudicibus, & curiis secularibus procedendi facultas conceditur; tunc demum id locum habere volumus, & non aliter, cum actis publicis constiterit ipsos Iudices, & curiam secularem ante susceptionem habitus de ipso crimine

crimine aduersus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem instituisse.

Ceterum quæ a nobis circa Religiosos viros in præfata constitutione sancita sunt, ea nequaquam volumus ad moniales nunc extendi.

Postremo dū interdiximus ne quis regularis alterius Prouinciæ intra aliquod Monasterium, domum, vel locum alienæ prouinciæ, etiam tanquam hospes, & ad modicum tempus recipi possit, nisi a superiore loci vbi residebat, & a quo discessit licentiam expressam in scriptis exhibuerit, vel nisi satis cognitus sit, id obseruari volumus non solum in religiosis itinerantibus de vna in aliam Prouinciæ, sed in ijs quoque qui proficiscuntur de vno in aliud eiusdem Prouinciæ monasterium tam sui quam alterius ordinis. Quod si dicerent se ad Apostolicam Sedem confugere ob grauamina a suis Superioribus licentiam, & literas obtinere non potuisse, non propterea vllō modo recipi valeant, nisi fide dignorum testimonio de petita ab eis licentia, & per suos Superiores denegata constiterit.

In Alma vero Vrbe nostra Religiosi aduena, & peregrini de grauaminibus si bi illatis conquerentes nullibi sine huiusmodi literis, aut licentia recipiendi erunt, nisi prius ad Congregationem dictorum Cardinalium super negotiis Regularium a nobis deputatorum, vel ad suos Protectores remittantur, vt ipsis auditis pro rerum & personarum qualitate quid agendum sit, statuatur.

Reliqua autem in priori nostra Constitutione contenta, quæ in præsentibus literis non declarantur, volumus perpetuo firma & valida, & in suo robore permanere; ac ab omnibus ad quos spectat inuolabiliter obseruari.

Et si quid a nobis alicui ordini aut Religioni præter aut contra præfata constitutionis formam post illius editionem circa recipien. extra capitula Nouitios, aut alias indultum aut concessum fuit, id omne ac desuper confectas literas prorsus reuocamus, & annullamus, ac ad terminos præsentis Constitutionis reducimus, & alias nemini volumus suffragari. Decernentes sic in præmissis vniuersis & singulis per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus, &c.

Moderatio prædictarum Constitutionum Sixti V. contra illegitimos Regularium fuit facta a Gregor. decimo quarto, Idus Martii 1590. tenoris sequentis.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam  
rei memoriam.

Cum spectata Romani Pontificis prouidentia, ea, quæ rationabilibus causis, auctoritate Apostolica sancita fuerunt, ipsa rerum experientia suadente, ex aliis interdum non minus iustis causis moderatur & immutat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Sane licet alias felicitis recordationis Sixtus Papa Quintus prædecessor noster, nonnulla circa qualitates modū, & formam admittendi Religiosos ad quoscumque Ordines salubriter statuerit, prout in duabus desuper, prima videlicet sub datū sexto Kalendas Decemb. Anno Tertio, & altera sub datū Duodecimo kalendis Nouembris, Anno Quarto sui Pontificatus editis Constitutionibus, latius continetur. Quia tamē vsu comprobatū est, multa inuenta fuisse impedimēta, propter quæ ea quæ in præmissis statuta fuerūt, executioni mādari minime potuerunt. Vnde quāplures literis, & pietate insignes viri a sancto proposito regularē ducendi vitam abducti, ac impediti, atque etiā alii diu eū maxima eorum laude in Religione versati ab illius dignitatibus, honoribus, prælatibus cū

non modico Religionis, & ordinum huiusmodi detrimento repulsi, & inhabiles penitus redditi fuerint. Nos igitur ea qua decuit experientia salubriter fuisse constituta confirmare, quæ vero moderatione aliqua indigere moderari volentes, ac dictarum constitutionem, & inde sequutorum quorumcunque tenores etiam veriores presentibus, pro expressis habentes, Habita cum Venerabilibus fratribus nostris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, super negotiis, & consultationibus Regularium deputatis, matura deliberatione, de eorundem consilio prædictas constitutiones in ea parte qua cauetur, ne illegitimi ex cæto inibi expresso damnato thoro, vel complexu ad quamcunque Religionem neque ad habitum, aut professionem regulares, sed tantum ad habitum Conuersorum, aut famulorum in Monasteriis, aliisque locis regularibus seruientium admittantur, & si post dictam Constitutionem professionem emitterent, voluit illam nullius esse momenti. Et in altera parte, in qua illegitime genitos, etiam ante ipsas Constitutiones professos vigore priuilegiorum, aut indultorum cuius ordinis, Religionis, Monasterio, aut Congregationi, eorumque Superioribus in genere, vel in specie concessorum, etiam ipsi per ingressum Religionis, vel eosdem Superiores legitimatos, seu ad gradus, honores, & dignitates habitatos seu integratos, ab honoribus, gradibus, & dignitatibus quibuscunque tam antiquis, quam alijs priuilegiis, literis Apostolicis, indultis, aut declarationibus, non obstantibus excludi, ac dispensationes quascunque aut legitimaciones non suffragari, neque in futurum cum his nisi a Sede Apostolica, Priuilegiis, quibuscunque non obstantibus dispensare posse voluit, auctoritate Apostolica tenore presentium ad terminos iuris reducimus, & moderamus, ac omnes dispensationes, & habilitaciones vigore priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum cuius Ordini Religioni Monasterio aut Congregationi, eorumque Superioribus in genere, vel in specie, vt præfertur concessorum, quæ tempore constitutionum huiusmodi vsu recepta, & non sub vllis alijs reuocationibus comprehensa erunt per quoscunque eorum Superiores factas, in pristinum statum, & validitatem in quibus ante ipsas constitutiones existebant, restitimus & redintegramus. Volentes iisdem Constitutionibus non obstantibus, eos qui quouis modo illegitimi procreati fuerint ad habitum, & professionem regulares admitti posse quæadmodum admitti poterant, si prædictæ Constitutiones editæ non fuissent. Ita tamen, vt cum de recipiendis quomodocunque illegitime natis, ad habitum, & professionem Ordinum quoruscunque agetur, ii ad quos huiusmodi receptio spectat, præter alia, de quibus ex dictarum constitutionum præcepto circa quoscunque etiam legitimos disquirere debent, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, si tamen bonam indolem, & virtutis specimen præ se ferant, ac tot eis merita suffragentur, vt Natalium, suppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & vilitati profutura videatur. Et super hoc ipso ii ad quos, vt dictum est, pertinet huiusmodi receptio matura deliberatione habita ita censuerint, & iudicauerint, dummodo tamen filius illegitimus in Regione, in qua pater, siue ante, siue post natiuitatem dicti filii professus fuerit, ipso patre viuente non admittatur, quod expresse prohibemus. Volumus quoque ac statuimus licere Generali, aut Prouinciali singulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hospitalium, ad quos dicta dispensatio spectat iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apostolicorum eis concessorum, quæ dummodo vsu recepta, nec alias sub vllis reuocationibus comprehensa sint, vt præfertur, in hac parte reualidamus cum illegitimis, quos alias dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali Prouinciali, seu intermedio Capitulo, &

lo, & non alias suffragantibus meritis dignos indicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas dispensare, ac dispensationes huiusmodi pro tempore ita factas, & inde sequuta quæcunque vt antea valere tenere, perinde ac si supradictæ constitutiones non emanassent. Ceterum cum acceperimus, nonnullarum Religionum, & Ordinum, præsertim Monachalium Monasteria ita instituta esse, vt in eis perpetua quædam filiatio constituatur: Ideoq; receptio Nouitiorum in vnoquoque Monasterio ad superiorem Prælatum, & Capitulum eiusdem Monasterij tantum pertineat, quæ etiam Monasteria, vt plurimum inter se longe distant, nec generalia, Prouincialia, aut intermedia Capitula nisi raro celebrare solent. Ideo statimus, vt Superiores illorum Monasteriorum de consensu sui Capituli præhabita simul cum his, de quibus in vnaquaque Religione, aut Monasterio iuxta eius cõstitutiones recipiendus interrogari solet, aliqua informatione super his, quæ in dictis constitutionibus continentur, ad receptionem huiusmodi procedere valeant, dum tamen antequam ad professionem admittatur, plenaria, & eo modo, prout in dictis constitutionibus habetur, inquisito fiat quæ postea ab his, a quibus in prædictis Monasteriis examinari solent, diligenter examinetur, & approbetur, & demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur. Volentes, quod Superiores prædicti cum eorum Capitulo, aut vbi consuetudo non fuerit celebrandi Capitula cum tribus, aut quatuor, ad id in generali Congregatione per vota secreta deputatis, seruatim eorum regularibus institutis, ac supradictis omnibus eandem in recipiendis nouitijs habeant auctoritatem, quæ per dictas constitutiones Prouincialibus Capitulis est attributa. Decernentes sic, & nõ aliter per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curie Cardinales, & causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbique iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantib. præmissis, ac quibusuis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiã impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiastica cõstitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reductionis, moderationis, restitutionis, reintegrationis, prohibitionis, reualidationis, statutorum, volutatam, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contrarire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo nonagesimo, Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.

A. de Alexijs.

DECRE-



*DECRETA GENERALIA AD REGULARIVM  
reformationem, ac Nouitiorum receptionem, professionem, & in-  
stitutionem spectantia alias facta, & publicata, S.D.N.D. Pauli  
Diuina prouidentia Papa V. iussu nuper edita.*

Decreta fel. rec. Clementis PP. VIII. De Nouitijs ad habitum  
Regularem, & professionem non admittendis nisi in Conuenti-  
bus designandis.

CLEMENS PAPA VIII.

**R**egularis disciplina restitutioni, pro qua potissimum iuxta nostri muneris  
debitum laborare non desistimus, illud in primis magnum impedimentum  
afferre quotidiano vsu compertum est, quod in omnibus Conuentibus, iis præ-  
sertim, qui maiori reformatione indigent, singuli ad religionem venientes pas-  
sim recipiuntur. Vnde fit, vt quo magis nos variis Constitutionibus male affe-  
ctas radices amputare studemus; eo magis in dies deprauata, infructuosaque  
cuiusmodi nouiter profitentium succrescant. Cui quidem malo occurrere vo-  
lentes, præfenti Decreto statuimus, districteque præcipimus omnibus Generali-  
bus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, ceterisque Superioribus Conuen-  
tuum intra Italiae, & Insularum adiacentium fines existentium quibuscunque,  
& quorumcunque ordinum Mendicantium, vt de cetero neminem sub quouis  
prætextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conuentibus au-  
thoritate nostra propediem in vnaquaq; Prouincia designandis. Insuper sancimus,  
vt quo ad eiusmodi Conuentus, vt præfertur, per nos deputati non fuerint,  
omnes præfatorum Ordinum Superiores a receptione quorumcunque Nouitiorum,  
siue ad habitum, siue ad professionem omnino abstineant. Superior,  
qui huius Decreti transgressor exiterit, ipso facto pœnam privationis  
omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque actiue, & perpetue inhabi-  
tatis ad alia in posterum obtinenda, se nouerit incurrisse, ac alijs etiam  
pœnis arbitrio nostro subiaceat. Receptiones vero, & professiones quaslibet  
eorum, qui contra huiusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & ite-  
ritas esse ex nunc decernimus. Priuilegijs, Statutis, & consuetudinibus qui-  
buscunque contrarium minime obstantibus, Dat. Romæ die 12. Martij 1596.

Renouatio, &amp; ampliatio eiusdem Decreti.

*De Nouitiis ad habitum Regularem non recipiendis nisi in Monasteriis, & locis designandis.*

**S**anctissimus in Christo Pater, & D.N.D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. cum iamdudum animaduertet collapsa Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum, iuxta sui muneris debitum, vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre; quod in omnibus Monasteriis, & Conuentibus, usque præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendam accedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur; ac inde fieri, ut quo magis varij constitutionibus male affectas radices euellere studeat, eo magis infructuosa nouiter profitentium germina quotidie succrescant; cumque ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus suæ cuiusque Religionis institutum redigendi, districte prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admitteretur, profitereturue, quousque Monasteria, & Conuentus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius regularis obseruantia, secundum reformationem a Sanctitate Sua institutam, introduci: Quia tamen, non obstante tali prohibitione, cognouit nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiæ a Sanctitate Sua obtentæ, vel quia talis prohibitio ad illorum non peruenerit, receptos, & admissos, præter mentis suæ sensum. Idcirco huic malo prospicere volens, ne licentiæ, ac facultatum huiusmodi subreptione, ac prætextu, Decretum Sanctitatis Suæ irritum reddatur; Nunc denuo districte præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Prouincialibus, Commissarijs, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscunque, ceterisque Superioribus Conuentuum, Monasteriorum, ac Domorum quocunque nomine appellentur, intra Italiam, & Insularum adiacentium fines existentium, quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium (exceptis tamen Carruthianorum, Fratrum Minorum de strictiori obseruantia, nec non Capuccinorum Sancti Francisci, Reformatorum Sancti Dominici, Discalciatorum Ordinis Carmelitarum, nec non Fratrum Congregationis Foliensis, Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremitæ Camaldulensis, & Montis Coronæ, Clericorum Regularium Theatinorum, Societatis Iesu, Sancti Pauli Decollati, & aliorum de Somascha, Ministrorum infirmorum, respectiue Ordinibus, Societatibus, seu Congregationibus nuncupatis, quæ etiam antea exceperat, & nunc iterum excipiendo, voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi;) Ne sub cuiusvis licentiæ, & facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtentu, nisi per literas in forma Breuis dumtaxat, & non alias quemquam ad habitum Regularem suscipiendum, nec etiam conuersos, nisi in Conuentibus, Monasterijs, & Domibus, auctoritate eiusdem S. D. N. propediem in vnaquaque Prouincia designandis, recipere aut receptos ad professionem admittere vilo modo audeant. Quinimo contra primam prohibitionem Sanctitatis Suæ receptos, etiam si imperfectum habitum, aut sine caputo gerant, post præsentis Decreti in Romana Curia publicationem, omnino eicere debeant.

Dd

Superio

Superiorem autem, qui huius Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis actiua, & passiva, & perpetua inhabilitatis ad alia in posterum obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decreuit, & alijs etiam pœnis arbitrio Sanctitatis Suae imponendis subiacere.

Receptiones vero, & professiones quaslibet eorum, qui contra huiusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcunque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conuentus, Domos, & Monasteria a se probata pro Nouitiorum receptione, & educatione, hactenus permissione sua constituerint.

Ceteras vero licentias, siue particulares, quæ in hæc diem effectum non sunt, fortitæ, reuocat, & annullat.

Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis Urbis publicatū ita prædictorū singulos afficere, ac si cuilibet personaliter fuisset intimatum, Priuilegijs, Statutis, & Constitutionibus quibuscunque in contrarium minime obstantibus.

Datum Romæ apud S. Marcum. Die xx. Mensis Iunij. M. D. XCIX. Et fuit publicatum Romæ die tertia Iulij 1599.

*Decreta pro Reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium cuiuscunque Ordinis, & instituti.*

### C L E M E N S P A P A V I I I.

3. **N**ullus omnino prætextu cuiuscunque priuilegij, vel superioritatis, etiam Generalatus, a seruitio chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus Superiores ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint; Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitime impeditis. In eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertant ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtractione.

Lectio Sacra Scripturæ, vel Casuum conscientia bis in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conuentibus habeatur, ad quam fratres omnes conueniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam se vtiliter exercent.

Quo Tridentini Concilij Decreta de Paupertatis voto custodiendo fidelius obseruentur; Præcipitur, vt nullus ex fratribus, etiam si Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosynas, siue ex concionibus, siue ex lectionibus, aut pro Missis, tam in propria Ecclesia, quam vbiunque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, & causa, & quocunque nomine acquisita, etiam si subsidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus possidere possit, sed ea omnia statim superiori tradantur.

tradantur, & Conuentui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac prouentibus confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

- 4 Neque Superioribus, quicumque illi sint, vlllo pacto liceat eisdem fratribus, aut eorum alicui bona stabilia, etiam ad vsum fructum, vel vsum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodiæ nomine concedere.
- 5 Eorum vero, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possideat, vt proprium, neque vt proprio vtatur.
- 6 Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas, ne dum a Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multo grauiores, superiorum arbitrio imponendas, incurrat.
- 7 Nulla quorumcunque superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia fratres excusare possit, quo minus culpæ, & pœnæ ab eiusdem Concilij Decretis impositæ, & ipso facto incurrendæ, obnoxij sint, etiam si Superiores asseuerent huiusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.
- 8 Fratrum vestitus, & supellex cellarum ex communi pecunia cõparetur, & omnino vniformis sit fratrum, & quorumcunque Superiorum, statuique paupertatis, quam professi sunt, conueniat: ita vt nihil superflui admittatur; nihil etiam, quod sit necessarium, alicui denegetur.
- 9 Quæcunque fratrum vestes, siue lanæ, siue lineæ, omnisque alia supellex in aliquem commodum Conuentus locum deferantur, ibique ab vno, vel duobus fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, vt inde Superioris arbitrio, prout vnicuique opus fuerit, subministrari opportune possint.
- 10 Omnes etiam superiores, quicumque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obsonio, siue eadem (vt aiunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti fuerint, vescantur; neque singulare aliquid, quo priuatim quisque in cibum vtatur, vlllo modo afferri possit si quis in ea re peccauerit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, & aquam.
- 11 Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstationes peculiare ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensæ in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari curent, neque in alios vsus, quam ratione officij sui necessarios, quicquam expendant. Cum vero contigerit ipsos in aliquo Conuentu commorari, eam pecuniæ quantitatem in communi conferant, ex qua sibi, & ijs, qui secum erunt, victus ad præscriptum Regulæ, & Constitutionum suppeditetur.
- 12 Nullus ex Superioribus locorum, administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniarum, & reddituum sui Conuentus, etiam nomine conuentus, per se ipsum habere, siue exercere possit; sed vniuersum id onus tribus fratribus eiusdem Conuentus a Generali ita demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, ac exigendorum curam habeat; alteri tanquam Depositarius, pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter afferuct; alius de pecunijs, & rebus a Depositario acceptis Priori, & fratribus, ac Conuentui vniuerso de necessarijs, mandante ta-

men ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed iuxta charitatis regulam; veluti bonus dispensator provideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta.

- 13 Ceterum hi tres tam impensi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem Conuentus probatoribus; rerumque vsu peritis, rationem reddant. Deinde ipsi met rursus, presentibus Priore, & peritis predictis, Generali, cum aduenerint: denique ipse Generalis, in quolibet proximo Capitulo Generali saltem coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo ad hoc constitutis illorum omnium, vniuersamque suam administrationem tam publicam, quam priuam rationem reddere teneatur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc, vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit.
- 14 In vnoquoque Conuentu, fratrum is tantum deinceps constituatur, & in posterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliisve quibuscumque obventionibus in commune (vt præfertur) conferendis, commode possit sustentari: redditus vero, & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asseruentur.
- 15 Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut hæc nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxare vlllo modo possint, omnino interdiciamus, & prohibemus, decernente irritum, &c. si quis autem contra præsumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, officioque priuatus, & ad ea perpetuo inhabilis existat.
- 16 Nullus nisi actu legat, vel prædicet, aliquo sui gradus priuilegio gaudeat.
- 17 Si alicui ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem ordine, qui illi ministret, concedendus erit, is nisi vigesimum quintum agat annuum, & qui communi seruitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri potest, sit Laicus Conuersus.
- 18 Vt omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conuentus clausura perpetuo, ac diligenter seruetur, ac propterea a Superiore Ianitor constituatur, qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur: is ianuarum custodiendæ semper assistat, eamque nemini fratrum aperiat, nisi socium, & exeundi licentiam obtinuerit.
- 19 Nullus a Conuentu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus impetrata, ac benedictione accepta a Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adiungat, non perentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sapius. Licentia vero generales exeundi, nulli omnino concedantur.
- 20 Contrauenientes autem pena graui, etiam carceris ad Superioris arbitrium plectantur, eandem etiam Ianitor subeat, si sciens exeundi facultatem fecerit.
- 21 Cum autem quis in Conuentum reuertitur, Superiorem iterum adibit, benedictionem recepturus, qui a socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquirat.
- 22 Nullos fratres Romam venire superiores permittant, nisi prius a Generali, vel Prorectore duntaxat licentiam in scriptis impetrauerint.

- 23 Siquis autem sine huiusmodi facultate Romam venire præsumperit, voce actiua, & passiuâ biennio priuatus existat, subiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas. Quæ item omnia aduersus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine vlla exceptione locum habeant.
- 24 Habeat Superior clauem ita fabricatam, vt cum sibi videbitur, cellas omnes referare possit, & propterea nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper a Superiore possit aperiri.
- 25 In medio Dormitorii totam noctem lampas colluceat.
- 26 Nullus etiam Superior cellas siue in claustro, siue alibi separatas a communi Dormitorio habeat, sed vnusquisque vnica cella, eadem cû ceteris aliorum fratru coniuicta, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, vniformique supellectili (vt præfertur) quemadmodum Religiosos decet, contentus sit. possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conuentuum, si eorum muneris, & officij necessitatem id exigere cognouerit, alteram etiam cellam concedere.
- 27 Cellæ, siue adiculae, quæ extra Dormitorium separatim sunt, ad officinas, aut alias ad communem vsu, & commoditatem Conuentus redigantur.
- 28 Sigillatim suo quisque lecto cubet, neque vllibi duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.
- 29 In priuatis cellis nulli camini permittentur, sed omnes obstruantur statim, cardinibus etiam e parietibus conuulsis, vt res illa non ad tempus facta, sed perpetuo duratura videatur, cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.
- 30 Conuentus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ades prospiciunt, muro ita obstruantur, vt omnino is prospectus impediat.
- 31 Valetudinarium in singulis Conuentibus certo, ac salubriori loco constituantur, quod pro loci situ, ac fratrum numero, quo ad fieri poterit, commodissimû esse possit, in quo fratres omnes, cum agrotabunt, curêtur, nec inde nisi recuperata sanitate abire permittantur. Qui vero infirmorum curæ præpositi sunt, omni seculitate, ac charitate operam suam præstabunt, ac curabunt, ne quid agrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertineat.
- 32 Ineat ratio, qua, sublati licentijs ac facultatibus hæctenus quibuscunque concessis, degentes extra Conuentus claustra, ad ea quam primum reuocentur, nec de cetero, nisi ex grauissima causa a Sede Apostolica probanda, huiusmodi facultates concedi possint.
- 33 Nulli in posterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conuentibus per Sedem Apostolicam in qualibet Pronincia deputandis.
- 34 Curent superiores, vt Constitutio interdicens largitiones munerum, & præscribens hospitalitatis formam ab omnibus in quolibet Conuentu inuiolabiliter obseruetur.
- 35 Vt omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caueant omnes a directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procuracione tam pro se ipsis, quam pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregacionibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & censuras, hæctenus contra huius-

modi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in penam priuationionis officiorum, quę obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quęcunque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari a nemine possit, nisi a Nobis, vel Successoribus nostris, & pro qualitate culpæ grauius etiam plectantur. Porro supradictas omnes penas ad complices, ac simpliciter scientes, & non reuelantes extendimus.

36 In superiorum, & officialium omnium electionibus forma præscripta a Sacro Concilio Tridentino, & Ordinis constitutionibus inuolabiliter seruetur, iurent que electores secundum veritatem cuiusque conscientię probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propterea priusquam ad electionem deueniatur, in primis, & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipue eligantur, qui p̄ sint, & consueuerint regulas Ordinis, & constitutiones obseruare, præsertim quę pertinent ad feruitum chori, ac vestitum, & victum communem.

37 Eligantur in Capitulo Generali, vel Prouinciali aliquot graues, & petiti ex fratribus cuiuslibet Prouincię, saltem tres, qui admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confessiones etiam ipsorum fratrum, ac Lectores publicos diligenter simul examinent, priusquam probentur, & ad huiusmodi ministeria admittantur. Horum etiam cura sit examinare, & probare tam quo ad doctrinam, quam quo ad mores, promouendos ad quoscuque Ordines, in quo seruetur decretum Congregationis interpretum Sacri Concilii Tridentini, hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38 Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus, vt memores sint rationis, quam in Nouissimo die reddituri sunt pro Grege tibi commissio, ac propterea omni studio inuigilent, vt quę in eorundem Ordinis, regulis, & Constitutionibus de oratione mentali, silentio, ieiuniis, Capitulo culpæ, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac pie sancita sunt, ea omnia, & singula ad vnguem obseruentur; intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse, quę vt faciliorem exitum sortiantur, & fructus vberiores in animis fratrum producant, valde opportunum erit, si in quo libet Conuentu, singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regularique obseruantia.

39 Quo vero omnia ordinate peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo vnicuique Conuentus, in qua distincte adnotetur quid singulis horis cuiusque diei quilibet frater præstare debeat, vt certo quoque signo præmonitus, maiore animi preparatione suo moneri satisfacere possit. Quę Ordinis constitutiones, his decretis non aduersantur, inuolante custodiendę erunt.

40 Quibus horum decretorum capitibus certa pœna præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati Superioris infligatur. Vt autem hæc decreta (donec alia, quę ad plenioram reformationem facient, edantur) ab omnibus obseruari possint, districte præcipimus Generalibus, ac omnibus aliis quibuscuque Superioribus, ad quos hoc spectat, vt curent, ac efficiant, ea omnia inter alias eorundem Ordinum Constitutiones perpetuo valituras redigi, inter dicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & aduersus eas vngquam dispensandi. Alioquin sciant se in pœnam Generatus, & officiorum priuationis, ac inhabilitatis perpetuę, ad alia quoque munera ipso facto, & sine vlla exceptione respectiue incidisse.

41 Ne vero prætextu dilatę publicationis eorum obseruatio, quoquo modo differri.

differri possit, aut impediri, volumus, vt post illorū publicationem in Conuentu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Vrbe factam Generalē, aliosque Ordinum Superiores, ceterosque quoscunque fratres praesentes, statim; reliquos vero absentes citra Montes, vnus mensis, vltra Montes, trium mensium spacio ita ardeant, ac si eorum singulis personaliter intimata fuissent.

4<sup>2</sup> Insuper mandamus, quod Generales in singulis conuentibus citra montes, vnus mensis; vltra vero montes, trium mensium cursu decreta supradicta publicari faciant, sub poena priuationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis. Dat. Romae apud Sanctum Petrum die 25. Mensis Iulii M. D. XCIX.

**D**ecretum illud, quo Fratres Romam petere cum Generalis, & Protectoris licentia dumtaxat permillum est, Sanctitas Sua extendi ad Prouincialem decreuit, ita vt Prouincialis ipse ex causa communi totius Prouinciae dumtaxat facultatem huiusmodi facere valeat, Declarauitque poenam priuationis vocis actiuae, & passivae contrafacientibus in flectam Sanctitati Suae reseruatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori facultate illiam moderandi, ac relaxandi. Dat. Romae die 20. Martii 1601.

*Decretum felicitis record. Clementis PP. VIII. Super Casuum reservatione ab omnibus Regularium Superioribus obseruandum.*

**S**anctissimus Dominus Noster, qui iam pridem accurate perpendit, ac re ipsa comperit, quod reservatio facultatis absoluendi Religiosos penitentes a peccatis quibusdam grauioribus, nisi Superiores admodum prudenter, ad moderato illa vtantur, nonnullos infirmiores; interdum superiori suo conscientiae maculas detegere formidant, adducere posset in aeternae damnationis periculum, & spiritalis remedij desperationem; Ideo, vt huic malo Sanctitas Sua opportune prospiceret, decreuit: vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis ijs, quae sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, pro ut subditorum vtilitati expedire prudenter in Domino iudicauerint.

Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

Apostasia a Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij seu Conuentus fiat egressio. Nocturna, ac furtiua e Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale, Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectu non sequuto.

Falsificatio manus, aut Sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus, Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus in ea quantitate, quae sit peccatum mortale.

Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personae.



Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum a Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.

Si quod aliud præterea peccatum graue pro Religionis conseruatione, aut pro conscientia puritate reseruandam videbitur, id non aliter fiat, quam Generalis Capituli in toto Ordine, aut Prouincialis in Prouincia, matura discussione, & consensu.

Non liceat Superioribus Regularium Confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab iis petierint.

Superiores in singulis domibus deputent duos, tres, aut plures confessarios, pro subditorum numero maiori, vel minori, ijque sint docti, prudentes, ac charitate præditi, quia non reseruatis eos absoluant, & quibus etiam reseruatum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi ipse in primis confessarius iudicauerit.

Tam superiores pro tempore existentes, quam confessarij, qui ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caueant diligentissime ne ea noitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.

Licebit tamen Superioribus determinare penitentias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis a confessariis imponendas, quæ subditos ab huiusmodi perpetrandis cohibere possint.

Atque ita per quoscunque Regularium Superiores, quicunque illi sint, obseruari mandauit. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac cuiusuis concilii, etiam Generalis Decretis, nec non consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obseruatis; aut Regularibus, seu prouincialibus Capitulis editis, Statutis, & Constitutionibus etiam Apostolica auctoritate confirmatis, Priuilegijs, Indultis, & Concessionibus quibuscunque quorum tenores hic pro expressis haberi uoluit, ceterisque in contrarietate quibuscunque. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum die 26. Mensis Maij Anno Domini 1593.

Sanctitas Sua deinceps declarauit, & declarat, ut si huiusmodi Regularium Confessarijs casus alicuius reseruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarij illa vice penitentes Regulares, etiam non obiecta a Superiore facultate, absoluere.

*Formula concedendi facultatem pro Nouitijs ad Regularem habitum recipiendis in Monasterijs, & locis designatis.*

**S**anctissimus in Christo Pater, & Dominus N. D. Clemens diuina prouidentia Papa Octauus cum regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum reuocare maxime cuperet, regularesque omnes, vitam, moresque suos ad rationem eius instituti, quod quisque professus esset, ita componere, ut quæ ad uotorum vim, habitum, vitamque commune pertinent, ea potissimum singuli

singuli religiosissima obseruarent, generali decreto, quod de mense Iunii editum, tertia Iulii anni 1599. promulgatum fuit, Ordinum Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis) prohibuit, ne aut Nouitios reciperent, aut quenquam ad professionem ante admitterent, quam a Sanctitate Sua Monasteria aliquot ad eam rem praescripta essent, in quibus obseruantia Regularis vigeret. Nunc vero eadem Sanctitas Sua a locorum etiam Ordinariis, quibus id muneris demandauerat, certior facta, in infra scriptis Monasteriis, & Conuentibus Ordinis N. praefinitum esse numerum duntaxat eorum, qui vel ipsius Monasterii censibus, vel consuetis elemosynis sustentari ibi commode possunt, atque in ijs omnia fideliter obseruari, quae sunt cum illorum professionis perfectione coniuncta, nempe castitatis, paupertatis, & obedientiae vota, vna cum ceteris decretis particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificii, etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, vt supra, edito, & promulgato, nequaquam obstante) potestatem facit Superiori eiusdem Ordinis, Nouitios in infra scriptis Monasteriis, & Conuentibus erigendi, Nouitios recipendi, educandi, atque ad professionem admittendi; modo tamen id ad praescriptum instructionis iussu Suae Sanctitatis editum, neque alio modo fiat. Quoniam vero ea est Suae Sanctitatis mens, & voluntas, vt in Monasteriis, & Conuentibus, ad alendos Nouitios praefinitis, regularis obseruantia perpetuo retineatur, mandat, & praecipit, vt in ipsis praescriptis iam personarum numerus in posterum seruetur, nullusque omnino Superior cuiusuis conditionis, personarum, & Nouitiorum numerum augere praesumat, ea poena proposita, vt in omnibus priuatus officii, vocis actiuae, & passivae ius omne amittat. Vult denique Sanctitas Sua huiusmodi facultatem per congregationem Reformationis Apostolica hoc decreto Secretarii manu subscripto concedi, non obstante decreto, vt supra, promulgato, Dat. Romae die, &c.

Prascribitur vero numerus Sacerdotum . . . Clericorum . . . Nouitiorum . . . Conuerforum autem . . .

N. Visitationis, & reformationis Apostolicae Secretarius.

*Decretum super forma recipiendi Nouitios Regularium ad habitum, & professionem.*

SANCTISSIMUS in Christo Pater, & D. N. D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. Qui alias pro Regularis disciplinae restitutione, singulis Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit, ne ad Regularem habitum Nouitios in posterum reciperent, recepto sive ad professionem admitterent, quousque in aliquibus cuiusuis Ordinis Monasterijs, seu Conuentibus, (in quibus Nouitatus pro recipiendis, & educandis Nouitijs designarentur, & approbarentur) ad eius.

ad eius, quam professi sunt, Regulæ præscriptum, vitam moresque restituerent, & componerent, certior deinde factus quosdam omnium fere Ordinum Conuentus, seu Monasteria ad pristinam illam Regularem viuendi formam, & disciplinam, quam diutius desiderauerat, fuisse redacta; in eisdem Monasteriis, & Conuentibus, vt Nouitiatus erigi, Nouitijque recipi possent, (sub certis tamen legibus, ac ea præsertim, vt licentia a Congregatione Reformationis Apollolicæ prius obtenta esset,) concessit, & ad id illa delignauit, & approbauit. Nunc volens, vt ea, quæ pro Nouitiatorum receptione, & institutione, de mandato Sanctitatis S. præscripta fuerunt, in posterum accuratius, & exactius obseruentur, ultra formam traditam in Constitutionibus sel. rec. Sixti Papæ V. & etiam Sanctitatis S. super receptione Nouitiatorum, decreuit, ac præsentis Decreti virtute mandauit, ne in Conuentibus, seu Monasterijs ad Nouitios recipiendos, de Sanctitatis Sux, seu dictæ Congregationis Reformationis licentia hætenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, Nouitij ad habitum recipi vllatenus possint, vel admitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel a proprijs locorum Ordinarijs, aut ab illis, in quorum diocesi Nouitiatus existunt, in quibus Nouitij recipiendi fuerint expresse, & nominatim Nouitij ipsi recipiendi approbati fuerint, & vt recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quo ad scripturam, concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sua eosdem Ordinarios omnem curam, & diligentiam adhibere, vt circa ætatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, ceterasque qualitates in ipsis Nouitijs requisitas, obseruentur Institutiones pro illis recipiendis ab eadem Congregatione Reformationis factæ, & publicatæ, Neque aliter, nec alio modo aliquem ad habitum recipi permittat: Ordinarios ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbauerint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & iuxta Constitutiones, & Institutiones prædictas, approbandus, & admittendus. Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum qui, in admittendis ad habitum, & professionem Nouitijs, formam Constitutionum, & Institutionum prædictarum non serauerint, aut Nouitium aliquem; quantumuis idoneum, & approbatum, in quouis alio Conuentu, & loco; seu Monasterio, præterquam in hætenus a Sua Sanctitate, vel a dicta Congregatione designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis præscriptum, seu præscribendum receperint, vel admiserint, seu alias præmissis quouis modo contrafecerint. Irritum ex nunc, & inane decernens quicquid secus, vel alias, quauis auctoritate a quouis gestum, vel attentatum fuerit. Non obstantibus quibuscunque, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 19. Maij 1602. Pontificatus eiusdem Sanctissimi Domini nostri Anno vndecimo.

*Institutiones super receptione, & educatione Nouitiorum Religio-  
rum in Monasteriis, & Conuentibus designatis, vel designandis,  
Clementis eiusdem inssu editæ.*

**C**um ad Regularem disciplinam in singulis Religiosorum Monasterijs propagandam, Nouitiorum institutio maxime utilis sit, ac necessaria, & nihil ad grauem illam, ac laudatissimum priscorum Patrum viuendi rationem relaxandam maiorem vim habuisse compertum sit, quam, vel nimiam in recipiendis Nouitijs facilitatem supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria ipsa possent, vel negligentiam in probando, & examinando eorum spiritu, an vero esset ex Deo, atque ex præcipuo desiderio illi inferuendi, vel denique in cursum in eis educandis, atque instituendis, Idcirco, vt huiusmodi incommodo deinceps occurratur, præcipitur omnibus, & singulis ad quos spectat, vt in recipiendis Nouitijs, & in eorum institutione, atque educatione, nec non in magistri, & aliorum ministrorum electione, præter alia, quæ in Sacris Canonibus, ac Decretis præsertim Concilii Tridentini, Pontificiis, & cuiuscunque Ordinis, aut Institutum Constitutionibus continentur, tam in alias designatis, quam nunc, & in posterum ad hoc designandis Monasteriis, & Conuentibus, hæc quæ sequuntur, inuiolate obseruari, & exequi perpetuo curent.

Primum, quod attinet ad Nouitiorum recipiendorum formam, vltra diligentem perquisitionem, quæ habenda erit de vniuscuiusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, ac præcipue eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno grauari, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxii sint, iuxta formam Constitutionis felicis record. Sixti Quinti, & moderationum subsecutarum: Illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulo perquirant, vt, quibus in Monasteriis, & Conuentibus ex Apostolica facultate Nouitiatus fuerint instituti, in ijs ad religionem nullus in posterum admittatur, qui, & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones Sacris Canonibus, Summorumque Pontificum Constitutionibus præscriptas non habet, iuxta Decretum super forma recipiendi Nouitios, die 19. Maij 1662. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus, quam eius Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinationes requirunt, eam vero literarum scientiam calleat, aut illius addiscendæ spem indubiam præ se ferant, vt minores, & suis temporibus, maiores Ordines, iuxta Decreta Sacri Concilii Tridentini suscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulauerit, & talis eruditionis expertus inuentus fuerit, in Conuersorum tantum, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur; Ipsi autem Conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum. & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita noverint.

Demum Superiores diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & vt Deo liberius famulari possint, an potius leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Proui.

Prouideant quoque vt omnes, etiam Conuersi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab ijs quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & alijs cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, & Constitutionibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est, nedum Conuersos ad professionem admittendos, verum, & Oblatos, vt vocant, recipere, circa ipsorum Oblatorum receptionem vnaquæq; religio suas peculiare Constitutiones, specialiaq; instituta obseruare teneatur.

Statim atque Nouitii ad habitum recepti, & in locum Nouitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius antea vite conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod vero ad loci qualitatem vniuscuiusque Nouitiatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conuentus, & Monasterij, in qua degunt professi, segregatus, quot erunt numero Nouitij, vel dormitorium ita capax, vt pro singulis singuli lectuli commode sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, eiusque socio reperiat.

In eo etiam, præter alias communes commoditates, aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, instructionesq; Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant.

Oratorium insuper, seu Cappella, si commode fieri poterit, ad Nouitios in spiritualibus, præsertim in cæremoniis, ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus adsit, si minus, hortum ceteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsi vero Nouitij ibi commorantibus, curabit Magister cû loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) e in eundem quisquam alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum Nouitiatus nemini eiusdem, vel alterius Ordinis regulari, etiam Conuentus, & Monasterij Officiali, vllò vnquam tempore sub quouis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro, eiusque socio, ac etiam Monasterij, aut Conuentus Superiori, si quando cunque ingrediendum sibi necessario existimauerit, quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conuentus, vel Monasterij Patribus socium assumat.

Huius loci clausura clavis apud Magistrum semper asseruetur, illique soli liceat ex graui tantum causa ingressum illuc alicui permittere; si quis autem Nouitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsentem, & non aliter alloquatur.

Nouitiorum Magistro socius, si per Nouitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Nouitiatus regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat, eliganturq; tam Magister, quam socius per Prouinciale Capitulum, per triennium ad minus onus huiusmodi subituri. Quod, si aliquo casu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Nouitiorum, & socij huiusmodi in his nouis locis per Generalem, vel Prouincialem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores, seu Vicarios, de Diffinitorum tamen vel grauiorum aliorum Patrum consensu fieri permittitur; idemque seruetur, si intra triennium, alterum, vel vtrumque vrgenti aliqua de causa

causa ex illis locis amoueri, vel mori contigerit, in cuius, vel quorum locum alii confimiles subrogari debeant.

Tam Nouitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habeant, quæ Nouitiorum curam, & regimen impedire valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltè supra trigésimum ætatis suæ anno constitutus, & per decennium a professione emissa in religione perstiterit: Socius vero trigésimum annum excedat, sintque ambo doctrina, & quantum per Superiores diligentiam, & vires fieri poterit, vitæ etiam antea exemplo præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudentia, charitateque referti, non sine affabilitate graues, zelum Dei cum mansuetudine præ se ferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ira præsertim, & indignatione, quæ in se, & erga alios charitatem impedire consueuerunt, quam longissime alieni, & tales demum, qui omnibus seipsum bonorum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum curæ subsunt, illos non tam metuant, quam reuerentur, nec illis vnquam detrahere quicquam possint.

Habeat etiam Magister plenam, & absolutam potestatem circa Nouitiorum institutionem, ac Nouitiatum regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis) quouis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligentem, ut Nouitii omnes in regulati disciplina sedulo exerceantur, agnoscantque præcipue diuinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, qua vera sit atque perfecta votorum solennium, & quam necessaria cuiusque Ordinis Constitutionum obseruantia, modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuose persistendi, illicitas passiones, & vitia (ad quæ natura per peccatū labefactata omni tempore prona est, atque proliuis) per sensum custodiam, & mortificationem cohibendi, austeritatem, ieiunia, cilicia, disciplinas, conscientie puritatem, crebram illius discussionem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ his saltem singulis mensibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum interiorum, cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Nouitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incunbat, vnusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi a Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam vnusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Nouitiorum confessiones audiendi cura committatur. Liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per seipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel, aut bis in anno eorundem Nouitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro, nocturnis, diurnisque diuinis Officijs assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Nouitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsentem, vel socio, qui multum inuigilent, ne duo ab alijs commorentur disiuncti, atque eo tempore, cuiusque, in quam natura feratur, propensionem, sentiantur.

Non

Non liceat eis, durante Nouitiatus, & probationis tempore vna cum Professis, nisi in Choro, in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in canaculo causa refectionis commorari, nec permittatur eis professos domo exeuntes comitari.

Pro communibus, & proprijs cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, vnus ex Nouitijs ipsi aetate, moribusque prouectior deputetur, qui absente sociis, Magistro permittente, omnia, prout opus fuerit, agat cui etiam ianuarum custodia, & rerum leuioris momenti prouisio intra nouitium committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene institutorum cura debeat esse precipua, Conuersorum tamen religiosa instructio non sit pratermittenda, quin potius æquanimiter amplexyanda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam cum regulam profiteantur eandem, perfectam educationem, tum Religioni decorem, & ornamentum, tum alijs Christi fidelibus ædificationem, exemplum, atque vtilitatem asserre: Conuersis ipsis a Clericorum Nouitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commode fieri poterit) assignari precipitur. Illi tamen hac separatione non obstante, Magistra Nouitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Cõuentuum iuxta cuiusque Ordinis statuta, & Constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debent, a quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam, pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod vt commodius fiat, ad Capitula, & spirituales Conuersiones, quæ per Magistros Nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & in Ecclesijs statutis honoris conueniant, nisi tunc in suis officijs, actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapso, ii tantum, qui non solum religiose perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti, nouo, ac diligenti examine reperi fuerint (dummodo ætatis sue annum, quo ad Clericos decimum sextum, quo vero ad Conuersos, vigesimum primum excesserint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conuersorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis, non possint.

Superior cuiuslibet Cõuentus, in quo Nouitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo vniuscuiusque Nouitij professio registretur illamque Nouitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentis fuerint, subscribant.

Conuersus vero literarum ignarus, professus, eorundem testium, qui se subscripserint, præsentia propria manu signum crucis apponat, asserueturque liber, & custodiatur in Archiuiis, vbi scripturæ ad Monasterium, seu Conuentum pertinentes reponi consueuerunt.

Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis vsus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, vt Nouitijs educandi circa Monasteria, aut Conuentus designata quilibet Ordo habere debeat, licitum tamen sit Superioribus Monasteriorum, & Conuentuum huiusmodi Ordinum, in quibus filiationis vsus receptus est, eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios iuxta cuiusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum iuxta præsentis Institutiones, & alias, seruatis seruandis, ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Nouitiatuum cum testimonialibus literis transmittere, vbi tanquam dictorum Conuentuum, seu Monasteriorum

nasteriorum filii, eorundem nomine, & instantia recipi, ac in Nouitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conuentus filiationis huiusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, vt præmissum est, exerceri debebunt.

Porro, ne loca vnius Monasterii, seu Conuentus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut prouincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conuentibus, & Monasterijs præscribere, quæ magis expedire videbitur.

Vt autem Nouitij iam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, mandatur, vt statim post professionem emissam, si in Conuentibus, aut Monasterijs pro Nouitiatibus assignatis locus aderit secundi Nouitiatu, siue Professorij, ab ea, quæ Nouitiorum est, atque antiquiorum Professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Monasterium, aut Conuentus eos alere queat, sin minus, in alium commodiorem Conuentum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Nouitiatum supranarratis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo construatur.

Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur, quæ, suarum constitutionum, seu institutorum vigore maioris temporis cursus novos Professos intra Nouitiatum detinere consuecunt, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen permittitur, vt, prædictis earum constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id rationi ac religioni magis expedire dijudicauerint, quibus in locis degant sub regulis, & modo viuendi adhuc arctiori, quam seruent antiquiores Professores, ita quod in negotijs Monasteriorum, aut Conuentuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant, quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem deuenierint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quinimo, & debebunt literarum studijs operam nauare sub directione ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum Magistrum præditum esse oportere dictum est.

Declaratur tamen, quod propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Nouitios, nisi in locis pro Nouitiatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero duntaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauiioresque pro modo admittæ culpæ pœnas, se subituros, certo sciant. Dat. Romæ apud S. Petrum, die 19. Martij 1603.



## Decretum S. D. N. D. Pauli Papæ Quinti.

*De certo Religiosorum numero cuiusque Monasterio, Conuentui,  
ac Domui Regulari presigendo.*

SANCTISSIMUS IN CHRISTO PATER, & DOMINUS NOSTER, DOMINUS PAULUS DIUINA  
S<sup>u</sup>pprovidentia Papa Quintus, Cum ex plurimis, iisque grauissimis Decretis,  
quæ fel. recor. Clemens VIII. ad regularem disciplinam restituendam, & au-  
gendam condidit, illud maximi momenti esse animaduertit, quod a Sacro  
Concilio Tridentino multo antea cautum etiam fuerat, ut is tantum Religioso-  
rum hominum numerus in singulis Monasteriis, Conuentibus, & Domibus  
Regularibus constitueretur, qui, vel propriis redditibus, & obventionibus, vel  
consuetis emolumentis, ac elemosynis ali commode possent, magnamque for-  
tasse obseruantia regularis iacturam inde factam esse, quod Ordinum Superio-  
res illud exequi nimium distulerunt, ut hoc, etiam adhibito remedio, huiusmodi  
incommodo prospiceret, aditumque iis Prælatibus Regularibus præcluderet, qui  
plures ad suam Religionem admittentes, quam Monasteriorum & Conuentuum  
census, elemosynæ, & qualitates ferant, non leuem subditis vitæ claustralis re-  
laxandæ occasionem præbere videntur, Decreuit, & præcepit, ac præsentis De-  
creti virtute præcipit, & mandat omnibus, & singulis Generalibus, Prouincia-  
libus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis,  
Guardianis, Vicarijs, & quibuscunque alijs Superioribus Monasteriorum, Co-  
uentuum, & Domorum, quouis nomine nuncupentur, Ordinum, Congrega-  
tionum, & Institutuum, tam Monachorum, quam Mendicantium, & non Men-  
dicantium, Regularium quorumcunque, existentium intra fines Italiae, & Insu-  
larum adiacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibi-  
tis duobus, aut tribus Monachis, Fratibusue sui Ordinis, vel Congregationis  
probationibus, & rerum vsu peritijs, bona immobilia, census, redditus, &  
prouentus omnes, consuetas item elemosynas, & obuectiones, tam communes  
Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Pecuniarum, quam etiam  
singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum  
deinceps conferendas, decem annorum diuerforum habitatione, diligenter,  
mature recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, grã-  
dines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere, eaque  
omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in primo Capitulo,  
seu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsoniet Capitulo,  
vel Congregatione diligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus,  
elemosynis, & obuectionibus vniuersis, ac oneribus, ut super ius detractis, sedulo  
examinent, quot religiosi homines in vnoquoque Monasterio, Conuentu,  
Domo regulari, iuxta regionis & proprii Instituti morem, victum, & vestitum  
in communi habentes competenter valeant sustentari; Tum eorundem bono-  
rum, reddituum, elemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Congre-  
gationi, Capitulo, & Prouinciali exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discuf-  
fis, cuiusque familia Conuentus, Monasterii, & Domus regularis quouis no-  
mine nuncupata in singula quaque Prouincia certus earum tantum personarum  
numerus

numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, elemosynis, & obventionibus, vt superius, sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, muneri suo satisfaciant; Mandauit, ac mandat Sanctitas Sua, vt infra annum a die dati præsentis Decreti computandum, omnia hoc de genere Capitulariter gesta in authenticam formam redacta ad Congregationem Reformationis Apostolicæ singuli mittant, numerumque familia singulorum Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli vel Congregationis Prouincialis sententia & auctoritate præfixitum eidem Superiores Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumcunque tam Generales, & Prouinciales, quam locales omnes perpetuo seruare omnino teneantur: eos autem Superiores cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, qui prædicta omnia præfixo termino non præstiterint, vel numerum huiusmodi præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, qua tunc temporis obtinebunt, vocisque actiua, & passiuæ, ac ad omnia suæ Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiã grauioribus ad Sanctitatis Suæ, & successorum suorum arbitrium infligendis pœnis subiacere voluit, & declarauit. Vult præterea Sanctitas Sua per hoc Decretum eiusdem Congregationis Reformationis Apostolicæ Secretarii manu subscriptum, consuetisque Alma Vrbis locis affixum, & publicatum omnes, & singulos Ordinum Regularium Superiores, ad quos spectat, perinde affici, ac si fuisset cuilibet personaliter intimatum. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, priuilegiis, statutis, indulgis, nec aliis contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 4. Decembris M. DCV. Pontificatus eiusdem S. D. N. Anno primo.

Ant. Seneca Refor. Apost. Secr.

Sciendum quod ad declarationem Concil. Trident. sess. 25. de Regular. c. 16. Relationem per Sacram Congregationem Concilii Pio V. facta, Sanctitas Sua dixit Decretum dicti Concilii procedere tantum in illis Nouitiis, quos Superiores lapsæ tempore Nouitiatus habiles inuenerint, non in his, quos inhabiles inuenerint, vt sunt illi, qui non bene adhuc didicerunt, & ideo quod attinet ad istos, Sanctitas Sua concessit, quod Superiores possint prolongare illorum professionem, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles intra sex menses, ita testatur Passarel. in priuileg. Minim. fol. 464. quod consulenti sibi a Neapoli 8. die Nouembris anno Dom. 1569. responderunt Illustrissimi Cardinales Concilij interpretes.

Decretum Sacra Regularium Congregationis contra Regulares ad Urbem temere, leuiue ex causa accedentes absque eorum Superiorum licentia.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio siue dum imminet admittendum criminum pœnam, ex suis Constitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt, falsa & commenti iam grauamina causati non ad immediate sui ordinis Superiores, scilicet a grauamine Prioris ad Prouincialem; a Prouinciali ad Generalem; a Generali ad protectorem, prout cuiusque Religionis constitutionibus disponitur; sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia sapius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinem disciplina relaxatur, Prælati contemnuntur,

Et & ipsi

## Decretum S. D. N. D. Pauli Papæ Quinti.

*De certo Religiosorum numero cuiusque Monasterio, Conuentui,  
ac Domui Regulari presigendo.*

SANCTISSIMUS IN CHRISTO PATER, & DOMINUS NOSTER, DOMINUS PAULUS DIUINA  
S<sup>p</sup>rouidentia Papa Quintus, Cum ex plurimis, iisque grauissimis Decretis,  
quæ fel. recor. Clemens VIII. ad regularem disciplinam restituendam, & au-  
gendam condidit, illud maximi momenti esse animaduertit, quod a Sacro  
Concilio Tridentino multo antea cautum etiam fuerat, ut is tantum Religioso-  
rum hominum numerus in singulis Monasteriis, Conuentibus, & Domibus  
Regularibus constitueretur, qui, vel propriis redditibus, & obventionibus, vel  
consuetis emolumentis, ac eleemosynis aliè commode possent; magnamque for-  
tasse obseruantia regularis iacturam inde factam esse, quod Ordinum Superio-  
res illud exequi nimum distulerunt: ut hoc, etiam adhibito remedio, huiusmodi  
incommodo prospiceret, aditumque iis Prælati Regularibus præcluderet, qui  
plures ad suam Resigionem admittentes, quam Monasteriorum & Conuentuum  
census, eleemosynæ, & qualitates ferant, non leuem subditis vitæ claustralis re-  
laxandæ occasionem præbere videntur, Decretis, & præcepit, ac præsentis De-  
creti virtute præcipit, & mandat omnibus, & singulis Generalibus, Provincia-  
libus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis,  
Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque aliis Superioribus Monasteriorum, Co-  
uentuum, & Domorum, quouis nomine nuncupentur, Ordinum, Congrega-  
tionum, & Institutorum, tam Monachorum, quam Mendicantium, & non Men-  
dicantium, Regularium quorumcumque, existentium intra fines Italiae, & Insu-  
larum adiacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibi-  
tis duobus, aut tribus Monachis, Fratibusue sui Ordinis, vel Congregationis  
probatoribus, & rerum vsu peritijs, bona immobilia, census, redditus, &  
prouentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obventiones, tam communes  
singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas, in communem vsum  
deinceps conferendas, decem annorum diueterum habitatione, diligenter,  
mature recognoscant, ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præstationes, gra-  
dines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere; eaque  
omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in primo Capitulo,  
seu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipsonum Capitulo,  
vel Congregatione diligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus,  
eleemosynis, & obventionibus vniuersis, ac oneribus, ut super ius detractis, sedu-  
lo examinent, quot religiosi homines in vnoquoque Monasterio, Conuentu,  
Domo regulari, iuxta regionis & proprii Instituti morem, victum, & vestitum  
in communi habentes competenter valeant sustentari; Tum eorundem bono-  
rum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Congre-  
gationi, Capituloque Prouinciali exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discuf-  
fis, cuiusque familiae Conuentus, Monasterii, & Domus regularis quouis no-  
mine nuncupata in singula quaque Prouincia certus earum tantum personarum  
numerus

numerus communi Patrum Capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, elemosynis, & obventionibus, ut superius, sufficienter ali possint. Ne vero Superiores, qui id præstare debent, serius, aut remissius, quam par est, muneri suo satisfaciant; Mandauit, ac mandat Sanctitas Sua, ut infra annum a die dati præsentis Decreti computandum, omnia hoc de genere Capitulariter gesta in authenticam formam redacta ad Congregationem Reformationis Apostolicæ singuli mittant, numerumque familia singulorum Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regularium, Capituli vel Congregationis Prouincialis sententia & auctoritate præfixitum eidem Superiores Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumcunque tam Generales, & Prouinciales, quam locales omnes perpetuo seruare omnino teneantur: eos autem Superiores cuiuscunque status, gradus, & conditionis existant, qui prædicta omnia præfixo termino non præstiterint, vel numerum huiusmodi præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, qua tunc temporis obtinebunt, uocisque actiua, & passiuæ, ac ad omnia sua Religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque aliis etiã grauioribus ad Sanctitatis Suae, & successorum suorum arbitrium infligendis pœnis subiacere uoluit, & declarauit. Vult præterea Sanctitas Sua per hoc Decretum eiusdem Congregationis Reformationis Apostolicæ Secretarii manu subscriptum, consuetisque Almae Urbis locis affixum, & publicatum omnes, & singulos Ordinum Regularium Superiores, ad quos spectat, perinde affici, ac si fuisset cuilibet personaliter intimatum. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, priuilegiis, statutis, indulgentiis, nec aliis contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 4. Decembris M. DCV. Pontificatus eiusdem S. D. N. Anno primo.

Ant. Seneca Refor. Apost. Secr.

Sciendum quod ad declarationem Concil. Trident. sess. 25. de Regular. c. 16. Relationem per Sacram Congregationem Concilii Pio V. facta. Sanctitas Sua dixit Decretum dicti Concilii procedere tantum in illis Nouitiis, quos Superiores lapsi tempore Nouitiatus habiles inuenerint, non in his, quos inhabiles inuenerint, ut sunt illi, qui non bene adhuc didicerunt, & ideo quod attinet ad istos, Sanctitas Sua concessit, quod Superiores possint prolongare illorum professionem, dummodo habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles intra sex menses, ita testatur Passarel. in priuileg. Minim. fol. 464. quod consulenti sibi a Neapoli 8. die Nouembris anno Dom. 1569. responderunt Illustrissimi Cardinales Concilij interpretes.

Decretum Sacræ Regularium Congregationis contra Regulares ad Urbem temere, leuue ex causa accedentes absque eorum Superiorum licentia.

Quoniam nonnulli Regulares vagandi studio siue dum imminentem admissionem criminum pœnam, ex suis Constitutionibus, aut alias debitam sibi metuunt, falsa & commentitia grauamina causati non ad immediate sui ordinis Superiores, scilicet a grauamine Prioris ad Prouincialem; a Prouinciali ad Generalem; a Generali ad protectorem, prout cuiusque Religionis constitutionibus disponitur; sed ad hanc Romanam Curiam absque licentia sapius fugiunt, potius quam recurrant, ex quo ordinum disciplina relaxatur, Prelati contemnuntur,

Et & ipsi

& ipsi indies audaciores euadunt. Placuit Sacra Regularium Congregationi, ex ordine Sanctissimi statuere, vt si quis Regularium in posterum temere, leuue ex causa hanc aliam Urbem, seu Curiam absque sui Superioris licentia, & supradicta forma pratermissa, adire præsumpserit, ad suos eosdem Superiores, seu eorum pœna plerumque remittatur.

F. Michael Bonellus Card. Alexandrinus.

Gregorius Palcarius V. I. D. Secretarius.

Romæ apud Hæredes Antonii Bladii Impress. Cameral. 1587.

Nos Hieronymus Miseratione diuina tit. S. Pancratii S. R. E. presbyter Cardin. Matthæius totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franc. de obseruantia protector, Corrector, & Gubernator.

**V**T fratres Minores de obseruantia purius, ac sincerius in feruore spiritus, & altissima humilitate Domino inseruire valeant, ac quæcunque occasiones transgressionum tollantur; ordinamus, ac decernimus, vt quando a Generali, ac Ministris Prouincialibus, Custodibus, Guardianis, aliisque Superioribus Regularibus Sancti Francisci de Minor. obseruantia, pro culpis leuibus disciplina, vel alia penitentia in refectorio, vel alibi facienda, subditis mortificationis gratia imponitur, nullus eorum, quibus talis penitentia iniungitur, ad Nos, siue ad Alios Superiores Regulares nobis subiectos, appellare possit. Si quis autem contrafecerit, triduo carceri mancipetur, & in pane & aqua ieiunet. Itemque si quis penitentias impositas a prædictis Superioribus reuelauerit aliis, quam suis Superioribus pœna inobedienciæ subiaceat. In quorum fidem, &c.

Dat. Romæ in Palatio nostro, die 2. mensis Decembris 1602.

Hier. Card. Matthæius Protector.

Locus Sigilli.

Angelus Planus Secret.

Romæ, apud Impressores Camerales. 1603.

**REVOCATIO** indultorum, præter iuris communis dispositionem concessorum, recipiendi vel retinendi Religiosos alterius Ordinis etiam laxioris, publicata Romæ die 1. Decembris 1569. fol. 1059. in Bullar. incip. Quæcunque sacrarum Religionum, & infra. De nobis attributæ potestatis plenitudine reuocamus, & abolemus omnia, quæcunque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta præter iuris communis dispositionem emanata, recipiendi, vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios etiam laxiorum Ordinum professores, qui hucusque Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, Militijs, & pijs locis, et S. Antonij Viennæ. Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, Sancti Ioannis Hierosolymitani Iesu

Iesu Christi, Sancti Iacobi de Spada, Sancti Lazari Hierosolymitani, eorumque Ecclesiis, membris, superioribus, & personis, per quosunque Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, tam in ipsorum Monasteriorum, Hospitalium, & locorum institutione, quam deinceps quomodocunque ac quouscunque etiam per modum statuti perpetui, ac iniiti, & stipulati contractus, & alias sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis restitutionibus, præseruationibus, mentis attestationibus, derogatoriis derogatoriis aliisque fortioribus, efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miserabilium, & cuiuscunque alterius pii operis intuitu ac etiam ex quibuscunque aliis causis, quantumvis gradibus, charitatiuis, & necessarijs, etiam consideratione, vel ad supplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, nec non S. R. E. Cardinalium, deque illorum consilio, & matura deliberatione prius habita, concessa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, vel etiam moderata. Cassamus, quoque, & annullamus quo ad illa, omnes Apostolicas, & alias literas super ijs confectas, ac processus, & alia inde secuta quacunque. Ac volumus ea omnia vires, & effectum de cetero non habere, ita, vt posthac illorum sic reuocatorum prætextu, Prælati, & superiores prædicti, aut alij quicunque nullum prorsus alterius, etiam laxioris Ordinis, vel obseruantie regularem, etiam specialem transeundi ad ipsos licentiam (iuxta huiusmodi priuilegia dumtaxat) ferentem ad habitum, & professionem regularem in suis quisque Monasterijs, domibus, locis, vel Ordinibus, etiam, vt in claustro perpetuo maneat, admittant, nec omnino quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex casibus prædictis (vigote huiusmodi priuilegiorum tantum, ac præter iuris communis dispositionem) iam habent translatos ad eorum superiores, & loca eius Ordinibus, vnde erant profecti, quam primum remittant. Decernentes admissiones receptiones, & retentiones huiusmodi nulla firmitate subsistere, nemineque prorsus vlli voto, vllique regula, vel obseruantia, etiam iuramento, aliaue solennitate promissa obligare, nec non irritum, & inane quicquid secus per prædictos, aut quoscunque alios quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicunque vero aliquem contra huius nostre reuocationis tenorem admiserint, aut receperint, aut quos iam habent (modo prædicto) translatos, aut receptos retinuerint, ipsos omnibus, & singulis dignitatibus, administrationibus, beneficijs, officijs, fructibus, & pensionibus ecclesiasticis præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles esse volumus eo ipso. Quo circa omnibus locorum Ordinarijs, in quorum diocesis loca prædicta consistunt, per Apostolica scripta mandamus, vt per se, vel alium, seu alios de translatis prædictis auctoritate nostra cognoscentes in eos, quos contra hoc præscriptum nostrum de grege inuenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes, reiecto quocunque exemptionis priuilegio, animaduertant, ipsoque præterea translatos, vel retentos, ad priores Ordines, & disciplinam remittere procurent. Contradiçtores quoscunque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas ceteraque iuris, & facti remedia opportuna, quacunque appellatione postposita, compescendo inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus &c. Nulli ergo &c.

Quo ad transitum Religiosorum de vna Religione ad aliam, in quodam libro priuilegiorum S. Benedicti Congregationis, Romæ impresso anno Domini 1589. referente Emanuele Roderico tomo 3. quæst. regulat. q. 52. art. 20. in fine,

Ee 2 continet.

Concil.  
Trid.  
23 de  
ref. ca.  
11.

contineatur quædam declaratio Illustrissimorum Cardinalium, quæ ita se habet: Illustrissimi Cardinales definierunt quod transitus ad parem, vel ætiores Religio nem non fiat, nisi causa cognita transeuntis, & vitæ, ac morum ratione, idque ex approbatione Capituli generalis. Item a Sacra Congregatione super negotijs Regularium resolutum refertur, quod per licentias, quæ conceduntur claustralibus ingrediendi quamlibet Religionem, non licere eis transire ad claustrales, vt sunt Militares, & Hospitalaria, prout admonet apostilla ad conf. 58. Nauar. de regular. in nouis.

Reducto ad terminos iuris, & Sacrorum Canonum, vnius, super qualitatibus, ac modo, & forma recipiendorum Religiosorum, & alterius illius declaratoria Constitutionum fel. rec. Sixti Papæ V. quod nullitates professionum saluis penis contra Superiores Ordinum receptione Religiosorum peccantes iniunctis. Sub Dat. Romæ die 2. Aprilis MDCII.

In suprema Ecclesiæ Catholicæ specula meritis licet imparibus, Diuina prouidentia disponente constituti, omnibus incommodis, quæ in eadem Ecclesiâ, non sine Fidelium animarum periculo, & detrimento oriri possunt, ob variam, & sinistram Constitutionum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, quas iustis de causis ediderunt, interpretationem, pro nostri Pastoralis officij munere conamur providere, prout in Domino salubriter conspiciamus expedire. Cui igitur fel. rec. Sixtus Papa V. prædecessor noster ad integritatem, & candorem in Regularibus, & Religiosis Ordinibus in Ecclesiâ Sanctâ institutis retinendum, & conseruandum, quædam sua, quæ incipit, Cum de omnibus Ecclesiasticis Ordinibus, sub Dat. sexto Kalen. Decembris, Pontificatus sui anno tertio, nonnulla circa modum, formam, & qualitates admittendi Religiosos ad quosuis Regulares Ordines decreuerit, & deinde alia simili, quæ incip. ad Romanum spectat Pontificem sub Dat. xij. Kalen. Nouembris, Pontificatus sui anno tertio, quædam dubia super dictâ priori constitutione exorta, declarauerit, Et præterea pia mem. Gregorius Papa XIII. etiam prædecessor noster alia sua perpetuo valituris constitutionibus, quæ incip. Circumspecta Romani Pontificis prouidentia sua Dat. Idibus Martij, Pontificatus sui anno primo respectiue editis, Constitutiones Sixti prædecessoris supra dictas, quo ad illegitimos moderatus fuerit, prout in eisdem Constitutionibus plenius continetur. Tamen quia longo vsu, & experientia compertum est, ex nimia facilitate, & multitudine casuum, in quibus professio a suscipientibus habitum alicuius Regularis Ordinis a dicto Sixto prædecessore nulla declaratur, multos hac occasione arrepta fraudulenter petijisse, & in dies petere, vt professio quam in aliquo Regulari Ordine miserunt, nulla declaratur, ex quo nonnulli eorum Regulares Ordines, & instituta sub hoc prætextu deseruerunt, & idcirco plerisque in locis maxima incommoda, & scandala exorta fuerunt. Nos ea scandala, & incommoda, quantum in Domino possumus, remouere, & ne in posterum alia eiusmodi hac de causa sortiantur, opportuna ratione providere cupientes, singularum constitutionum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, matura super his cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negotijs Episcoporum, & Regularium deputatis consultatione præhabita, ex illorum sententia, & voto Constitutiones prædictas Sixti prædecessoris, quo ad eam partem, per quam eorum, qui formam in eisdem Constitutionibus præscriptam decetero non seruauerint, & quo ad alios etiam casus ibidem expressos, in quibus receptorum in quibuscumque etiam Mendicantium Ordinibus professio nulla declaratur, ad terminos in-

ris, & Sacrorum Canonum, perinde ac si prædictæ Constitutiones in illa parte editæ non fuissent, auctoritate Apostolica tenore præsentium reducimus. Ceterum pœnas contra Superiores quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium huiusmodi, qui in admittendis Regularibus ad habitum, & professionem, earundem Constitutionum formam non seruauerint, aut aliter quouis modo contrafecerint, in ipsis Constitutionibus insertas saluas esse volumus, & statuimus; sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quicquid fecus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus. Non obstantibus &c.

Dubium illud, An. si renunciatio, seu donatio bonorum facta ab existente adhuc in sæculo, prætextu, & intuitu ingressus Religionis, stante dispositione Conc. Trid. sess. 25. de regul. cap. 16. valida sit, vel neque Illustrissimi Cardinales Concilij interpretes determinerunt in hunc modum, videlicet. Congregatio Concilij censuit decretum Concil. Trid. c. 16. sess. 25. de regul. & mon. non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus. Heronymus. Card. Matth. Quam declarationem refert, ac proficitur editam fuisse super precibus monasterij Sanctæ Agnetis Ciuitatis Mediolani, Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitr. iud. casu 426. sub nu. 3. qua attentata non est habenda ratio eorum, quæ in contrariu, scripserunt, Nauar. in cons. ult. de donatio. in antiq. & Molina de iustit. disput. 139. in vers. Ambiget rursus. &c. de qua declaratione admonet etiam Apostilla ad cons. 81. Nauar. sub tit. de regular. in nouis.

Sequitur eiusdem S. D. N. Clementis P. P. VIII. præscriptio normæ dandi licentiam ob Ordinarijs ad edificanda in posterum Regularia Monasteria.

Quoniam ad institutam Regularium locorum, & personarum reformationem promouendam, & conseruandam maxime pertinet, vt in quibuscunque domibus, & monasterijs tantu numerus Religiosorum qui commode ibidem alipossit, contineatur, ac eo pariter spectat, vt in quibusque ciuitatibus, & locis nouæ domos, & Monasteria, præsertim Mendicantium, non erigant, nisi in eisdem ciuitatibus, & locis, aliorum domorum, & monasteriorum in eis existentium, habita ratione, commode sustentari posse, dignoscatur. Hac igitur nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro Pastoralis munere opportune prouidere volentes, Motu proprio, excerta nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolica potestatis plenitudine; ex voto etiam venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super consultationibus, negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum, harum serie declaramus, locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conuentus cuiusque, etiam Mendicantium Ordinis in ciuitatibus, & locis eorum Ordinarij iurisdictioni subiectis, & erigendos impertiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita constiterit, in eisdem ciuitatibus, & locis novos huiusmodi erigendos Conuentus sine aliorum detrimento commode sustentari posse: Si vero ab eorum in huiusmodi causis, & sententijs ad nos, & Apostolicam Sedem prouocari, & appellari contigerit, ipsos ordinarios tamdiu erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quousque a nobis, & Apostolica Sede in eadē causa pronunciatu

Cle. 8.  
Congr.  
tit. de  
eccles.  
adif.



extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes quid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs in virtute Sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo mādamus, vt præsentis nostras literas obseruent, & obseruari curent, & faciant. Non obstantibus &c. Dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 23. Iulij M. D. C. III. Pontif. nostri anno xij.

**S**ciendum est quod ad reformationem Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci editæ fuerunt in præscriptæ constitutiones contentæ in Bulla Pij V. incip. Illa nos cura &c. publicata Romæ die 2. Augusti 1568. fol. 1023 in Bulla. & sunt videlicet.

Nouitij etiam oblati, ante decimum octauum ætatis suæ annum completum, ne recipiantur, neque ante decimum nonum item completum ad professionem admittantur. Qui hætenus recepti etiam oblati, quintum decimum annum nõ expleuerint, detracto habitu religionis, domum ad parentes, vel necessarios, etiã inuiti remittantur, vel alias omnino emittantur, nec postea in ædib. vnde exierint, aut in alijs eiusdem ordinis domib. versari vlllo modo possint.

Laici, qui vigesimum quintum annum non attigerunt, ad seruiendum ne recipiantur, & qui recepti etiam nunc ea ætate minores sunt, eiiciantur.

Nouitii ne recipiantur, aut educantur, nisi in conuentibus insignioribus, in quibus dormitorium, & capitulum habeant seorsum ab alijs fratribus.

Nullus deinceps Prouinciæ proficiatur, qui eiusdem Prouinciæ sit, sed Prouinciæ ex aliena Prouincia semper assumantur, qui tamen idonei sint ad id officium, & cultores regularis obseruantia.

Guardianatus insigniores, & priuilegiati, vt Rom. Assisen. & huiusmodi trienno, non priuilegiati biennio diuturniores ne sint, in quo tamen habenda est ratio prouinciarum externarum, in illis enim locis hæc officia iusta de causa in longius tempus arbitrio superioris protrahi poterunt.

In paternitatibus hætenus concessis, & post hæc concedendis, ea moderatio adhibeatur, vt nemo paternitatis titulo, vel priuilegio fruatur, nisi qui Prouincia latus officium obtineat, vel obtinuerit, vel quadragesimum annum agat, & alias etiam eo titulo, & priuilegio dignus existat.

Nulli in eodem conuentu plus biennio manere liceat, exceptis sexagenario maioribus, quibus aliquid ex causa superioris arbitrio honeste condonari poterit.

In conuentu, vel domo pauciores ne sint duodecim fratribus, si qua autem domus hunc familiæ numerum alere non possit, vel tota prouincia victum, & quæ præterea necessaria sunt suppeditet, vel fratres cum bonis ex ea domo in aliam transferantur, prouisione tamen adhibita, ne ecclesiæ destruantur, sed ad eius populi commoditatem conseruentur. Permittimus tamen, vt in conuentibus, qui fratribus iter faciendis comodi sint, saltem quatuor fratres, nõ minores quinquaginta annis, cõstati, & probata vita maneant, si plures ea domus alere nõ possit.

In maioribus studijs regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam, veluti de Sacramentis, vel de vita recte, sancteque instituenda, ex Magistro sententiarum, ac Sancto Bonauentura: alteram speculatiuam ex Scotto: in minoribus vero studijs, vna lectione ex Theologia practica contenti sint. Curent autem superiores, vt in singulis Conuentibus Fratres maxime in conscientia casibus, & reliquis, quæ ad audiendas confessiones pertinent, ob rei  
grauita-

grauitatem, & necessitatem, summo studio, ac diligentia exerceantur.

Fratres etiam si superiores sint, nihil proprium habere possint, sed omnino in commune conferantur, distribuenda singulis, vt unicuique opus fuerit, ita vt ex communibus cuiusque conuentus facultatibus, & eleemosynis pro viribus domus, unicuique fratri qua sunt necessaria, praebeantur.

Fratres omnes, & superiores, & quomodocunque priuilegiati, & ægrotis tantum exceptis, in Refectorio cibum capiant, & communi mensa videntes, communibus epulis vescantur. In primis autem ægrotorum, & senum cura habeatur. Quod si propria facultates domui non suppetant, ad subueniendum necessitatibus, ægrotantium vicini Conuentus ditiores suppleant, aut etiam tota Prouincia contribuat.

In omnibus Conuentibus vel domibus locus communis Thesauri, vel capsula sit tribus clauibus clausa, quorum vnã habeat Guardianus, alteram Procurator, tertiam Depositarus, quo in loco, vel capsula aurea, argentea, iocalia, & quæque pretiosa, pecunia item Conuentus, seu inuentario earundem rerum, condita custodiantur, seruata tamen distinctione sacrarum, & profanarum rerum.

Nullus ex fratribus, quamuis Magistratus, & superioris titulo fungatur priuatas aedes aut in claustro, aut alibi vsquam habeat, sed singuli vnica Cella in communi Dormitorio nullo ornatu, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & mensa humilibus contenti sint, quemadmodum pauperes religiosos decet. Camera, siue ædicula, quæ extra Dormitorium separati sunt, ad officinas, vel alios vsus, toto Conuentui communes redigantur, vel si Cellæ communis Dormitorii pro fratrum numero non sufficiant, & illæ Camera, vel ædicula, quas diximus, ad formam communis Dormitorii redigi possint, in dormitorium commune redigantur, sin minus destruantur, ac materia, & camenta ad reparandam fabricam Conuentus, si opus fuerit, conuertantur, vel vendantur, & pretium ad communem vsus Conuentus conferatur.

Nullus ex fratribus priuarum hortum habeat, sed horti sint totius Conuentus communes, Verum tamen Nouitii, & infirmaria, hortum seu viridarium a communi Viridario seiunctum habere poterunt, quo ceteris ingredi nullo modo liceat.

Vestes, libri, & relicta a Superioribus cuiquam fratri ad vsus, & necessitatibus concessa quæcunque apud eos mortis tempore reperta fuerint nulli fratri priuatim assignentur, sed ita distribuantur, vt dimidia pars sit natui Conuentus, altera eius vbi mortuus fuerit.

Generalis a prouincialibus, Custodibus, & aliis Religionis Ministris quouis illi nomine appellentur, prouinciales item a Guardianis, aliisue officialibus, ob eorum deputationem, vel confirmationem, nihil omnino, neque magnum, neque paruum exigant, ac ne sponte quidem oblatum accipiant, neque Cancellariũ, aut scribæ pro sigillo, siue scriptura quicquam detur, sed omnia gratis fiant, ac dentur. Neque Generalis, neque prouincialis minister, neque Custos, neque Guardianus a quouis fratre sui ordinis, aliquid etiam sponte oblatum, siue dono datum accipiet, vel recipiat. Pro communibus autem impensis, quas necessario ad commodũ totius Ordinis, vel alicuius priuatæ domus fieri contigerit Generali, Prouinciali, & aliis eo modo consulatur, quo in literis sanctissimi D. N. Pii V. proxime editis cautum esse constat.

Quod vero ad promotiones, & gradus attinet, id omnino seruetur, quod Alexandrinis constitutionibus sancitum est, vt nihil a promouendo exigatur, aut quouis modo sponte oblatum accipiat. Quod si promotione facta conuentus promo-

torum aliquid Religioni donare voluerit, quicquid id sit, Procuratori detur, vt ad leuationem onerum, & communium sumptuum Religionis conferatur, ac Procurator omnium acceptorum, & expensarum rationem reddat.

Fratres omnes quocunque gradu, & honore sint, camisis laneis, & reliquo vestitu honesto, ac Religioso, omnique supellectile, & instrumento paupere atque humili, quemadmodum alijs etiam constitutionibus cautum est, vtantur.

Reliquum est, vt constitutiones omnes, ad disciplinam regularem restituendam, conseruandam, & augendam, (quæ tamen ijs contraria non sint) præcipue vero, ea quæ a S. D. N. Pio Papa V. ad reformationem huius ordinis proxime sunt editæ, ab omnibus sancte, inuiolateque seruentur.

Cetera de Regularibus vide in Concil. Trident. præsertim. sess. 25. aliquasque declarationes Sacræ Congregationis circa vsum bonorum in particulari per regulares vtriusque sexus, habes supra in verbo casus referuati, sub nu. 6.

### MONASTERIA MONIALIVM.

**P**RÆTER Summissas sciendum est, quod quantum attinet ad Clausuram ultra Constitutionem Bonifacii Octauæ, in c. vnico, de statu Regula, in 6. & Concil. Trid. sess. 25. c. 5. de Regula. extat etiam Constitutio Pij V. super clausura, & reformatione quarumcunque Monialium Romæ publicata die 19. Iunii 1566 fol. 930. in Bullar. tenoris sequentis.

### Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

*Congr.  
titul. de  
statu re-  
gul. in 6.*

**C**irca Pastoralis officii nobis, meritis licet imparibus, de super commissi curam (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilantes, assidue ad ea per quæ singulis erroribus, & excessibus obuiatur, ac personis quibuslibet, præsertim feminei sexus, virginitatem suam altissimo vouentibus sub religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, femita iustitiæ, & honestatis declinationibus, ne quicquam in eis reperiat incongruum, quod in regularis ponat honestatis gloria maculam, & diuinam merito possit offendere maiestatem, opportune succurritur, libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantia partes propensius impartimur, prout id in domino salubriter expedire conspiciamus. Hac igitur perpetuo valitura constitutione, inhaerentes etiam Constitutioni fel. rec. Bonifacii Papæ Octauæ, prædecessoris nostri, quæ incipit, periculoso, & decretis Concil. Trident. super clausura Monialium editis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, atque perpetuo decernimus, vniuersas, & singulas moniales, præsentis, atque futuras cuiuscunque religionis, ordinis, vel militiarum, etiam Hierosolymit. sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibusuis monasteriis siue domibus recipientur, & tacite, vel expresse, religionem professæ, et si conuersæ, aut quocunque alio nomine appellentur, etiam si ex institutis, vel foundationib. earum Regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum monasteriis seu domib. etiam ab immemorabili tempore, ea seruata non fuerit, sub perpetua in suis monasteriis, seu domib. de cetero debere permanere clausura, iuxta formam dictæ Constit. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris, nostri, quæ incipit, periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, &

inno-

innouatam, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam districte obseruari mandamus. Quod si aliqua Moniales forsitan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto vel fundatione regulæ suæ fretæ animo obstinato huic clausuræ resistent, aut quomodo reluctantur, ordinarij vna cum superioribus earum omnibus iuris & facti remedijs compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundem dictam clausuram & perpetuo obseruandum. Mulieres quoque, quæ tertiariæ, seu de penitentia dicuntur; cuiuscunque fuerint ordinis in congregatione viuentes si & ipsæ professæ fuerint, ita, vt solenne votum emiserint, ad clausuram præcisè, vt præmittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum solenne non emiserint, Ordinarij vna cum superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur, ac post emissionem, & professionem eadem clausuræ se subijcient, quod si recusauerint, & aliqua ex eis inuentæ fuerint scandolose viuere seuerissime puniantur. Ceteris autem omnibus, sic absque emissione professionis, & clausura viuere omnino volentibus, interdiciamus, & perpetuo prohibemus, ne in futurum vllam aliam prorsus in suum ordinem, Religionem, Congregationemue recipiant. Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout etiam præfati decreto irritas sancimus, & annullamus. Porro ne Moniales, vel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram, detrimentum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus maxime in pertinentibus ad illarum victum patiantur, sed vt eis opportune cõsuletur, auctoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus, ordinarijs, & superioribus earum, vt curent colligi fidelium elemosynas per conuersas, quæ non sint professæ vel si professæ fuerint, sint tamen ætatis annorum quadraginta & in domibus contiguas, extra tamen Monasterium degant, & nõ ingrediantur clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus, ex earum constitutionibus, permissis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi elemosynis colligendis, Nisi de licentia Ordinarij vel earum superiorum, & de cetero nullæ alię Conuersæ professæ recipi amplius etiam de cõsensu suorum superiorum, vel Prælatorum possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio, nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, irritam facimus, & annullamus. Quod si prædicto modo necessitatibus Monialium, & Mulierum Tertiariarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis ordinarijs, & Superioribus earum, vt ipsi provideant de alijs personis pijs, & Deo deuotis, quæ fidelium elemosynas colligant, vel alias eo meliori, & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipsarum Monialium, & mulierum prædictarum arbitrio ordinariorum, & superiorum earundem, & pro vt eis congruentibus expedire videbitur provideatur, & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio violeatur, inhzærentes, etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, Monialibus prædictis, & illarum superioribus, & ordinarijs districte inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum monasterijs recipiant, admittant, siue recipi, & admitti permittant quam ex proprijs redditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis elemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ sub obtestatione diuini iudicii, & interminatione maledictionis æternæ, vniuersis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Primatibus, Archie-

Ses. 26.  
de reg.  
cap. 3.

Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & diocesi proprijs presentes nostras literas publicari faciant, ac in monasteriis Monialium sibi ordinario iure subiectis; in his vero quæ ad Romanam mediate, vel immediate spectant ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate, vna cum superioribus eorundem Monasteriorum clausuram, (vt præmittitur,) quamprimum poterint seruari procurant. Contradictores, atque rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ac vt hoc tam salutare decretum facilius obseruetur, omnes Principes seculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, & obsecramus, per viscera misericordie Domini nostri Iesu Christi, eisdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in præmissis omnibus eisdem Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Monialium superioribus assistant, ac suum fauorem & auxilium præstent, ac impediētes pœnis, etiam temporalibus afficiant. Præmissis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus etiam per eandem Apostolicam approbatis, & confirmatis, privilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam in fundatione, & institutione eiusdem monasterijs, vel domibus, & Monialibus sub quibuscunque verborum formis, & clausulis irritantibus, & aliis decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & inuocatis, quibus omnibus, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totius tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quauis expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inferentur pro sufficienter expressis habentes, quo ad effectum validitatis nostræ constitutionis tantum derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, aut suspendi non possit per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in monasterijs exemptis ordinarij locorum quo ad alia nullam sibi credant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem, quod præsentis literæ ad valuas Basilicæ Beati Petri Apostolorum Principis, & in Cancellaria nostra in acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extraneas perperuo valituras conscribantur; & quia difficile foret præsentem ad singula quæcunque loca deferri volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptus etiam impressis manu alicuius Notarij scriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbicunque adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, inuocationis, statuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annulationis, præcepti, inhibitionis, requisitionis, obsecrationis, iniunctionis, derogationis ( declarationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire, Siquis autem hoc attentare præsumperit, indignatione omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexagesimo sexto, quarto kalen. Iunii Pontificatus nostri Anno Primo.

Ad prædictæ Constitutionis maiorem declarationem aliam Constitutionem edidit Gregorius. xiii. de clausura Monialium, & de elemosynis eis præstatis Romæ publicatam die 21. Ianuarii 1573. fol. 1205. in Bullario tenoris sequentis.

Grego-

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei.

**D**E O sacris virginibus, quæ contemptis illecebris sæculi diuinis se obsequiis manciparunt, æquissimum est præcipua quadam a nobis, ac singulari solitudine prouideri, tum vt ab eis omnia quæ sanctum ipsarum propositum impedire possent remoueantur, tum etiam vt eis in cultu Deicæ, ac religiose permanentibus, quæ ad victum necessaria sunt, subministrerentur.

Et quidem post sacri Concilii Tridentini decretum, quo constitutio fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso, renouatur, prohibens ne aut ipsi Monialibus ex Monasteriis suis egredi, aut vlli cuiuscunque sexus, aut ordinis persona ad eas ingredi liceat, & præterea vniuersis Episcopis præcipitur, vt in oib. Monasterijs sibi subiectis, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata diligenter restitui, vbi vero inuiolata conseruari maxime procurent: pia memoria Pius Papa Quintus, etiã prædecessor noster victui quoq; & necessitatibus ipsarum prospicere cupiens, cū superiora illa approbasset, atq; innouasset, eademq; omnia et in Monialibus, quarumcunque militiarum, etiam Hierosolymitanæ, omnibusq; aliis tacite, vel expresse religionem professis quocunque nomine censerentur, locum habere decreuisset: ne illa quicquã detrimenti in necessitatibus suis hac occasione pateretur, et præcipit locorum ordinariis, & superioribus earum, vt fidelium elemosynas per conuersas non professas, vel professas quidem sed ætatis saltem quadraginta annorum, & iampridem conuersas, quæ in domibus contiguas extra tamen Monasterium degere, colligendas curarent, ita tamen, vt prædictæ Conuersæ neque clausuram aliarum Monialium nisi in casibus permissis ingrederentur nec ex illis ipsis habitacionibus suis ad tales elemosynas colligendas, sine permissu Ordinariorum, aut superiorum suorum exire possent. Quod si ne hoc quidem sufficere videretur, idem Pius prædecessor mandauit ipsis ordinariis, & superioribus, vt negotium darent aliquibus personis piis tales elemosynas colligendi, aliaque arbitrato suo prospicerent, quæ ad subleuanda in Monialium inopiam expedire iudicarent.

Cum autem, sicut accepimus, multæ Moniales, etiam quæ Tertiariæ vocantur sub solenni religionis voto perpetuaque clausura degentes, aliaque talibus literis comprehensæ, & in ipsa clausura permanentes, multis præterea ad se sustentandas necessariis egeant, neque vsque ad hoc tempus villo sufficienti remedio earum necessitatibus subuentum sit. Quin etiam aliæ tertiariæ citra vllum solenne hucusque votum viuant, quæ ad suas, suorumue domos neuiquam rediturae essent, sed sub solenni religionis voto, & clausura prædictis permanerent, si earum congrua sustentationi prouideretur. Nos qui talem necessariis rebus destitui nolumus, certioresque facti in multis Ciuitatibus, oppidis, villis, aut aliis locis, tam in ecclesiis, & monasteriis, quam Hospitalibus, collegiis, confraternitatibus, & aliis locis piis etiam quæ a priuatis hominibus tum ecclesiasticis, tum laicis, multas, ac diuersas elemosynas Christi pauperibus erogari, Considerantes in eiusmodi personas, vel in primis exercendam esse Charitatem, quæ voluntaria paupertate suscepta ab omni hominum commercio segregata Deo seruiunt, & assiduis precibus iram ipsius, ob peccata conceptam, a Christiano populo deprecantur. Illud quoque cogitantes, si eis ad tales elemosynas petendas ad loca prædicta com-  
ferre.

ferre se liceret, vix fore, vt prædicta Monasteria ecclesiæ, loca, ac personæ, eis singulis non tantum saltem tribuerent, quantum singulis aliis pauperibus eodem concurrentibus solent vniuerso illi Deo deuotarum mulierum generi de opportunitate, ac sufficientis subuentionis auxilio providere cupientes

De nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus, & ordinamus, vt omnes, & quicumque Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, & alij ecclesiarum Prælati, nec non Abbates, Priores, Præpositi, & alij ecclesias Patriarchales, Primatiales, Metropolitanas, Cathedrales, & alias ecclesias, nec non Monasteria, Prioratus, Præposituras, Canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, ceteraque beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura secularia, & Sancti Benedicti, Sancti Augustini, Cisterciensium, Cluniacensium, Præmonstratensium, Cartusien. Camaldulensium, Sancti Basilij, Cassinensium, alias Sanctæ Iustinæ, Montis Oliueti, Sancti Saluatoris, ac Lateranensium, & Cruciferorum, seu fratrum Sancti Hieronymi, nec non Prædicatorum, Minorum, Minimorum, & Carmelitarum, Eremitarum eiusdem Sancti Augustini, Seruorum Beatæ Mariæ, Sanctæ Clare, & quorumcunque aliarum tam virorum, quam mulierum, etiam Mendicantium ordinum, & congregationum, & militiarum regularia etiam de iure patronatus laicorum, & nobilium, Ducum, Regum, & aliorum Principum existentia, in titulum, commendam, administrationem, & alias quomodocunque obtinentes, nec non Rectores, Gubernatores, confratres, administratores ceterique omnes, qui ratione illorum nec non capitulorum, conuentuum, mensarum, hospitalium, etiã laicorum, & per laicos administrari solitorum, Christi fidelium confraternitatum, scholarum, collegiorum, ac aliorum piorum locorum quocunque nomine nuncupatorum, & in quibusuis mundi partibus consistentium, quæ singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel diebus ex ecclesiarum, monasteriorum, prioratum officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac congregationum, hospitalium, confraternitatum, scholarum, collegiorum piorum, & aliorum locorum prædictorum fructibus, redditibus, & prouentibus Christi aliquas elemosynas in pane, frumento, farina, vino edulis pecunia, seu aliis ad victum vel vestitum pertinentibus, etiam ad supplicationem, & preces, & per cedulas, & bolletina, aut alias distribuere, & elargiri ab immemorabili tempore consueuerunt, aut alio quocunque iure tenentur ex dictis fructibus, redditibus, & prouentibus, & quo ad hospitalia prædicta ex ijs, quæ seruata in illis actuali hospitalitate super sunt, seu supererint, nec non quacunque personæ patriarchales, etiam laicæ, vel vniuersitates, etiam laicorum, quæ testamento, vltima voluntate, vel alia dispositione, etiam inter vivos aliquas tales elemosynas facere tenentur, dimidiam partem omnium, & quarumcunque elemosynarum, & largitionum huiusmodi quocunque nomine nuncupatarum, quocunque tempore, & modo distribui solitarum, etiam si speciali nota dignæ, & secundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates sub certa forma ab eis in testamento, vel alia quacunque dispositione distribuendæ sint, (dummodo non incertas personas, nec ad certos vsus pios alios quam victus, & alimenta pauperum distribuantur) quibuslibet prædictarum Monialium, etiam Tertiariarum sub solenni religionis voto, & perpetua clausura de cetero viuentibus, & in terris, & locis, quorum pauperibus huiusmodi elemosynæ distribuuntur consistentibus, vere realiter, & cum effectu, & absque vlla elemosynarum, & largitionum huiusmodi petitione, exactione, & cõquisitione, aut alia desuper a nobis expectata iussione, aut mentis nostræ declaratione, ac quibusuis mora, subterfugia, ac exceptione cessantibus, & cunctis dare, atque distribuere omnino tenentur,

antur,

antur, & quam dimidiam partem nos illi applicamus.

Vt autem præmissa omnia, cum charitate, & pietate procedant, & efficaciter suum effectum sortiantur, Vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordinariis per Apostolica scripta mandamus, vt quisque per se, vel alium, seu alios, ad præsentium executionem in suis Ciuitatibus, & diocesis procedens, ab Ecclesiis Monasteriis, Hospitalibus, Confraternitatibus, Scholis, Collegiis, locis, & ecclesiasticis, ac laicis personis prædictis, etiam quomodo libet exemptis, dimidium elemosynarum huiusmodi exigant, ac pro portione, vt ordinariis ipsis locorum æquum esse videbitur, singulis Pauperum Monialium, etiam Tertiatarum monasteriis huiusmodi suarum Ciuitatum, & diocesium, etiam si aliis superioribus subiecta sint, cum effectu distribuant. Nos enim eisdem locorum ordinariis, eis tanquam Apostolica sedis delegatis, ac cuiuslibet illorum tam per se, quam alium vel alios præmissa faciendi ac etiam contradictores quoslibet, & rebelles, per pœnas pœnariarum eorundem ordinariarum, & cuiuslibet illorum arbitrio infligendas, & applicandas ac in subsidium sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, quacunque appellatione postposita, respectiue compescendi, auxiliumque brachii secularis inuocandi, aliaque in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimus.

Insuper quia valde rationi consonum est vt etiam ii, qui ipsis Monialibus etiam Tertiariis indigentibus præfatis, consanguinitate aliqua sunt coniuncti, aliquod in præmissis subsidium conferant, cum ratio sanguinis, & debitum charitatis, & honestatis id exoptulet, singulis locorum ordinariis committimus, vt omnes eos officio, & diligentia monere eisque, persuadere studeant: parentes vero, & fratres ac alios ad quos illas si in seculo permanissent, dotare pertinebat, vel ad quos bona, & successiones deueniunt, & qui si eas nuptui tradidissent, multo amplius quam ingredientibus Monasterium dedissent, vel qui si eas nunc Domi retinerent, vel si ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur quibuscunque viis ipsis bene visis inducant, vt Monialibus, etiam Tertiariis prædictis iuxta eorum facultates charitatiue subueniant, scituri id sibi etiam ad animarum salutem plurimum profuturum.

Ceterum quod attinet ad Conuersas profectas, quas prædictus Pius prædecessor per prædictas literas sub certis conditionibus ibi contentis permisit posse manere extra Monasteria, pro colligendis elemosynis, eisdem locorum ordinariis iniungimus, vt quibus monasteriis, prædictarum Monialium quotidianis laboribus computatis, supradicta, vel alia qualibet ratione de sufficiente subuentione, & sustentatione prouisum esse cognouerint, easdem conuersas sub eadem clausura cum aliis Monialibus, reducant, neque a suis monasteriis amplius exire permittant. Conuersas vero non profectas, & profiteri volentes dimisso habitu domum remittant, neque alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua clausura mansuras in Monasteria huiusmodi recipi permittant. Quod autem idem Pius prædecessor statuit de cetero nullas alias conuersas recipi amplius etiam de consensu suorum superiorum posse ita esse intelligendum declaramus, præter illas conuersas, quæ extra Monasterium in domibus contiguas degerent, elemosynarum vero prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus Monialium, etiam Tertiatarum huiusmodi (quem per ipsos locorum ordinarios



rios etiam in monasterijs ab eorum cura, & regimine quomodocūque exemptis, cum illarum superiorum interuentu stabiliri, & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse, etiam de concessu suorum superiorum, volumus, & mandamus (ita imminutus fuerit, vt reliquæ Moniales, & Tertiariæ ex proprijs redditibus monasteriorum ipsorum, vel consuetis elemosynis se commode sustentare queant, super quo eorundem ordinariorum conscientiam oneramus, ita tamen vt decentibus singulis ex tribus earundem Monialium partibus, tertiæ quoque earundem elemosynarum partis distributio, & sic successiue in totum extinguantur, atque in pristinum statum sub debitis, aut solitis oneribus reuertantur, & remaneant.

*Quæ nã  
loca Mo-  
nasterij  
monia-  
lium ex  
tra clau-  
surã esse  
declarã-  
tur.*

Declaramus præterea nullis Monialibus, etiam Tertiariis licere habere ostiũ, per quod ex Monasterio introiri possit in ipsarum Monialium ecclesiam exteriorẽ, in quam secularibus ad Missas, & diuina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum, neque itidem licere Monialib. etiam Tertiarijs, egredi ianua Monasterij, quæ est pro clausura ipsius monasterij, et ad claudendum aliã vltiorem ianuam, per quam patere solet aditus secularibus venientibus, vel ad Rotam, vel ad Crates, seu loca colloquijs destinata, quæ vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam clausuræ, quæ loca cum saltem pro causis prædictis patere soleant secularibus, extra clausuram censerì debent, etiam quo tempore clausa sunt. Insuper quoscunque dominos, & magistratus temporales in domino hortamur, monemus, & requirimus, vt ad omnem ipsorum ordinariorum aut alicuius ipsorum petitionẽ, vel simplicem requisitionem illis in præmissis assistentes omnem opportunum fauorem, & auxilium præstent, & exhibeant. Iphis denique Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum ordinarijs præcipimus, & mandamus, vt has præsentis nostras literas (quarum transumptus etiã impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutę munitis, eandem vbique fidem, in iudicio, & extra adhiberi debere volumus quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense) singuli in sua Ciuitate, & diocesi publicent ac publicari, easque iuxta earum continentiam, & tenorem vna cum prædictis, ac alijs prædicti Pij V. & aliorum prædecessorum nostrorum literis, cõstitutionib. & iussionib. pro integra clausura instauratione, custodia, & firmitate editis inuiolabiliter obseruẽs, & obseruari faciant. Non obstantib. &c.

Declarantur præd. Constitutiones cum aliquorum dubiorum discussione, & resolutione post Nauar. in d.c. statuimus nu. 54. per Emanuel. Rodetic. tomo 1. regular. quæstio q. 44. art. 3. & 4.

Decreto in super Concil. Trid. sess. 25. de regula. c. 5. prouisum est his verbis. Ingressi intra septa monasterij nemini liceat, cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint sine episcopi, vel superioris licentia in scriptis obiecta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantum episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs, neque alius villo modo possit etiam vigore cuiuscunque facultatis, vel indulgi hætenus concessi, vel in posterum concedendi, Hætenus verba Concilij.

Amplia vt nec etiam ipsi superiores possint ingredi extra casus necessarios per Constitutionem Greg. XIII. publicatam Romæ die 30. Decemb. 1582. fol. 1308. in Bullar. tenoris seq.

Grego-

## Gregorius Episcopus servus servorum Dei.

**D**Vbiis quæ emergunt declarationis remedium expedit adhibere, cum igitur *Cögru-*  
 super eo quod optima primùm ratione Concilium sanxit Tridentinum, de *it ti-*  
 inde in constitutione sel. recor. Pii Papæ V. prædecessoris nostri, nonis Iunii Pon- *zul. de*  
 tificatus sui anno tertio, atque item nostra idibus Iunii Pontificatus nostri anno *stat. re*  
 quarto editis, fuit prouisum, ne cui in posterum nisi in casibus necessariis septa *gul. in*  
 Monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis du- *6.*  
 bitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent,  
 sui auctoritate officii nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis huiusmodi  
 septa ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque regulam a concilio præscrip-  
 tam, nos omnem hæsitacionis materiam tollere, & viam scandalis præcidere, ac  
 sancti monialium quieti consulere volentes, harum tenore auctoritate Apostoli-  
 ca declaramus, prælatos omnes tam sæculares, quam regulares quibus cura, &  
 regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex  
 officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demum vt posse, si id faciãt  
 in casibus necessariis & a paucis ijsque senioribus, ac religiosis personis comitati,  
 quocirca vniuersos, & singulos episcopali seu maiori, ac etiam Cardinalatus di-  
 gnitate præditos, nec quorumuis ordinum Abbates Priores, Ministros, & alios  
 quoscunque superiores regulares serio monemus, vt facultate huiusmodi qui eã  
 habent, præterquam in casibus, vt præfertur, necessariis, neuiquam vtãtur, quod  
 si cõtrafecerint, eadẽ auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui põ-  
 tifficalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ingressu ecclesię  
 interdictos, pro secunda a munere põtifficali, & a diuinis suspensos ac deinceps  
 ipso facto, absque alia declaratione excommunicatos existere. Regulares vero  
 omni officio ac ministerio priuatos. excommunicationi similiter subiacerẽ. Non  
 obstantibus, &c.

Qui tamen habet licentiam a superioribus ingrediendi monasteria Monialium  
 in casibus necessariis, & vtuntur ea extra casus necessarios ingrediendo, incur-  
 runt excommunicationem lata sententię Summo Pontifici reseruata, cum pri-  
 uatione, & inhabilitatione, & extenditur etiam ad moniales admittentes per al-  
 teram constitutionem. Greg. xiii. Romæ publicatam die 24. Iunii, 1575. fol. 1229.  
 in Bullario, vbi etiam reuocauit omnes licentias tenoris sequentis.

Gregorius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam  
rei memoriam.

**V**Bi gratiã, & indulta ab hac sede concessa successu temporis incommodum  
 afferre noscuntur, expedit illo salubri præsentis consilio submoueri. Pro-  
 inde sanctimonialium quieti, & tranquillati consulere, ac omnia quæ illas a spiri-  
 tualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaq;  
 & scandala ab eis remouere cupientes auctoritate præsentium reuocamus, &  
 abolemus omnes; & quascunque licentias, ac facultates ingrediendi Monaste-  
 ria, domos, & loca Monialium, ac etiam virorum quorumuis ordinum, quibus  
 uis

uis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & alijs cuiuscunque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quascunque licentias ingrediendi Monasteria, domos, & loca ipsarum sanctimonialium, quibuscunque viris, etiam eiusdem status, & dignitatis tam a prædecessoribus nostris, quam etiam a nobis, & sedis Apostolicæ legatis, aut alijs ex quibusvis quantumcunque virgentibus causis, sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatorijs derogatorijs, reuocatorum restitutorijs, alijsque efficacioribus clausulis, irritantibusque, & alijs decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumue Principum cōtemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas ac etiam iteratis vicibus renouatas; Cassamusque & annullamus literas desuper confectas, & processus habitos per easdem, Inhibentes eiusdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua a nemine nisi a Romano Pontifice (præterquã in mortis articulo) absolutionis beneficiũ possit impertiri, ne ipsarũ licentiarũ prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis vero nec non Abbatibus, Conuentibus, & alijs Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis quocunque nomine vocentur, districte præcipimus, sub eadem excommunicationis pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant. Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdiciamus omnibus, & quibuscunque personis ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam ordinum quorumcunque etiam mendicantium regularibus, ne prætextu licentiarum ab episcopis, vel superioribus, quibus illas concedendi casibus necessariis tantum ex Decreto Concilii Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa monialium pro libito, sed necessitatibus virgentibus duntaxat ingredi, neue moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Non obstantibus præmissis &c.

Amplia dictam constitutionem includere etiam intrantes septa monasterii non habentes licentias ex declaratione, & mente Pii V. & Greg. xiii. relata per Nauar. in cap. statutus. sub num. 62 in 7. nota. 19. quaest. 3. commentar. 4. de regula, & in Manuali confess. cap. 37. sub num. 150. in impresso ab anno 1544. post quartam recognitionem ipsius auctoris, vt dictum fuit, supra in verbo monasteria Regularium virorum fol. 306. qui vero intravit ad malum finem non poterit absolui a confessarijs habentibus facultatem absoluendi a casibus Sedi Apostolicæ reseruatis vt patet ex declaratione decreti, quo prohibetur absolutio a casibus reseruatis relata supra in verbo casus reseruati fol. 163. ante tamen dictas constitutiones Pii V. & Greg. xiii. contra intrantes absque licentia per decretum Conc. Trid. sess. 25. cap. 5. de regula. excommunicatio non erat reseruata, & consequenter poterat absolui ab episcopo cap. nuper, de sent. excom. alias explanationes vide per Eman. Roder. in d. tomo. 1. q. regular. q. 47. in plures articulos diuisa.

Extensionem, quam hic ex Nauarri testimonio posuimus videlicet, ex vi Bullarum Pii V. & Gregorii XIII. vetari illum ingressum cum censura Summo Pontifici reseruata, non solum ex pretextu licentiarum, facultatum, sed etiam ingressum absque tali facultate negat Franc. Suarez de censur. dispu. 21. Sect. 6. exco. 6. affirmans, vt præf. Bullæ sub ea limitatione, & conditione sint intelligenda, nempe quo ad ingredientes solum ex præsumptione, & pretextu facultatum ad id concess-

concessarum, non autem quo ad ingredientes ex alio titulo, & capite; Negat itidem Roderic. tomo. 1. quæst. regul. quæst. 48. artic. 2. respondens ad Nauarrum, quia cum declarationis Gregorij. XIII. ab ipso Nauarro insinuata non extent literæ authenticæ, virtute quarum fieri valeat præd. extensio, debet illa pœna excommunicationis restringi ad actionem prohibitam scilicet ad ingressum ex prætextu facultatum tantum, prout verba sonant; sed salua pace tantorum virorum præfata Bullæ satis videntur illam declarationem, & extensionem recepisse, & assumpsisse, ex communi obseruantia Prætorij Sacræ Pœnitentiariæ, cuius ibi meminimus, & quæ sufficere debet ad illarum constitutionum interpretationem, cū stylus Rom. Curia faciat ius ad tex. in c. ex literis, vbi notat Panor. num. 6. de constitut. & in c. quam graui. de crim. falsi.

De puellis causa educationis fuit rescriptum a Sacra Congregatione D. Episcopo Hieracensi tenoris sequentis. Reuerendissime Domine, ex Sacra Congregatione Cardinalium Trid. Concilij Interpretum Amplitudinis tuæ nomine quaesitum est, An Puella in Monasterijs Monialium educationis causa permanere possint, si vero sic censuerunt ad te scribendum, iam dudum ab eadem congregatione statutum esse nullo concilij decreto prohiberi, quo minus Puellæ in monasterijs monialium educerentur; si tamen eadem monasteria ante concilium confueverint huiusmodi Puellas recipere, sicque a superioribus monasteriorum scriptam licentiam impetrarint; atque Abbatissa, & reliquarum monialium consensus accesserit, tum vero hæc ipse Puellæ eo vestitu in monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestiæ conueniat, nullamque secum famulam adducant, nec manere in eis possint, nisi vsque ad ætatis suæ annum vigesimum quintum, atque in eis dum erunt eandem seruent clausuræ legem, quam moniales ipsæ, & sic semel exierint nullam habeant ad ea reuertendi facultatem. Proinde Congregatio his literis impertiendam tibi hanc facultatem duxit, vt quotiescunque in ista tua Ciuitate, & diocesi Hieracensi id expedire amplitudo tua iudicauerit, possit permittere Puellas in monialium monasteria, in quibus pie, & honeste instituantur introduci, adhibitis tamen conditionibus superscriptis, & bene in domino valebit. Romæ die vltima Augusti, 1575. Amplitudinis tuæ vti Frater.

Philippus Boncompagnus Card. Sancti Sixti.

Decem, & septem declarationes Sacræ Congregationis Cardinalium circa receptionem Puellarum, & aliarum mulierum quo ad educationem, & mansiōnem in monasterijs recenset Emanuel Roderic. tomo 1. quæstio. regular. q. 46. artic. 10.

Mulieri nuptæ permanere volenti in monasterio ex causa rationabili an repugnet. vnicum. de statu regul. in 6. Conc. Trid. sess. 25. c. 5. & constitutio Pii V. vide Nauar. in conf. 5. de diuor. in nouis. cum apostilla.

Quantum vero attinet ad egressum ipsarum monialium vltra dictam Cōstitutionem Bonifacii viij in c. vnicum. de statu regul. in 6. & Conc. Trid. sess. 25. c. 5. de regula. per hæc verba.

Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire a monasterio etiam ad breue tempus, quocunque prætextu nisi ex aliqua legitima causa ab episcopo approbanda; indultis quibuscunque, & privilegiis non obstantibus.

Hactenus verba Concilij, extat etiam constitutio Pii V. Romæ publicaa die 27. Febr. 1570. fol. 1069. in Bulla. tenoris sequentibus.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam  
rei memoriam.

*Cōgruit  
ti. de sta  
tu regu.  
in 6.*

**D**Ecoti, & honestati omnium sanctimonialium, quarum Iesus Christus Do-  
minus noster sponsus est, ut in puritate, & castitate superædificantes, in ip-  
so feliciter inhabitare valeant, consulentes ea, quæ illarum exstimationi deitate  
re possent, decet nos consulto summovere. Sane periculo, & scandalo plena res  
est, ac regulari obseruantia vehementer aduersatur, sanctimoniales aliquando  
parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, nec non monasteria, &  
alia filiationes nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, alio  
ve prætextu a monasterijs exire, & per sæcularium personarum domos discurrere,  
& vagari, quo veluti colore eximium, quoque honestatis, & pudicitia decus,  
in discrimen committunt. Vnde nos malo huic pro nostro pastoralis officij debi-  
to salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto Sacri Concilij Triden-  
tini de clausura Monialium disponenti, ac alijs nostris literis super huiusmodi  
clausura editis adiicientes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissa-  
rum, Priorissarum, aliarum. ue monialium, etiam Cartusien. Cisterciens. Sancti Be-  
nedicti, & mendicantium, & quorumcunque aliorum ordinum etiam milita-  
rium, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præ eminentiarum exi-  
stentiam, etiam a Regia, vel Illustri prosapia ortarum, de cetero etiam infirmita-  
tis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum,  
aliorumue consanguineorum visitandorum, aliaue occasione, & prætextu, nisi  
ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ; aut epidimix, quæ tamen infir-  
mitas præter alios ordinum superiores, quibus cura monasteriorum incumberet  
etiam per episcopum, seu alium loci ordinarium, etiam si prædicta monasteria  
ab episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cog-  
nita, & expresse in scriptis approbata sit, a monasterijs præfatis exire: sed nec in  
prædictis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare licere. Aliter au-  
tem quam ut præfertur egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque con-  
cedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut  
sæculares, vel ecclesiasticas consanguineas, vel non, excommunicationis maioris  
lata sententiæ vinculo statim eo ipso absque alia declaratione subiacere, a quo  
præterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et  
insuper tam egressas, quam Præsidentes, & alios superiores prædictos eis licen-  
tiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per  
eas, & eos tunc obtentis priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum  
obtinenda inhabiles, nec non licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia ex  
eundi a monasterijs, & extra illa standi a nobis, seu alio Romano Pontifice præ-  
decessore nostro, ac Sedis Apostolicæ Nuncijs, & legatis, etiam de latere, ac maio-  
re Penitentiario, aut ordinum prædictorum superioribus aliisque personis sub  
quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutiuis præseruatiuis,  
mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliisque effi-  
caciorebus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis  
in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostoli-  
cæ potestatis plenitudine, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Princi-  
pū, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium intuitu, & contemplatione,  
ac instantia, vel alias quomodolibet concessa (quæ profus abolemus) ac literas  
desuper.

desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas nullas, & inue-  
lidas, nulliusque roboris, & momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suf-  
fragari posse, & ita per quoscunque Iudices, & commissarios quavis auctoritate  
fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet aliter iudicandi, & interpretandi facul-  
tate, & auctoritate iudicari, & diffiniti debere, irritum quoque, & inane quicquid  
fecerit, super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit  
attentari, decernimus. Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus  
nostris Patriarchis, Primatibus; Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum ordi-  
nariis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub obtestatione diuini Iudicij, & intermi-  
natione maledictionis æternæ, quatenus per se, vel alium, seu alios presentes lite-  
ras in Ciuitatibus, & diocesis propriis, quolibet anno publicent, omniaque  
in illis contenta, nec non præfatum decretum ipsius Concilij, quod incipit Boni-  
facij octauæ, diligenter, & inuolabiliter sub censuris ecclesiasticis, aliisque præfa-  
tis pœnis, & in eodem decreto contentis obseruent, & obseruari faciant, & procu-  
rent, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, etiam aliis  
pœnis, auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, nec non legiti-  
mis super his habendis seruatis processibus, pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus ag-  
grauando interdictum ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc si opus  
fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis.

De monialibus an ex aliis causis iustis præter tres contentas in prædicta Cõsti-  
tut. Pii V. possint a monasteriis exire post Nauar. in c. statuimus 19. q. 3. commen-  
tario quarto de Regularibus sub nu. 47. vbi hanc extrauag. declarat. late differit  
Ioan. Gutierrez lib. 1. cano. quæst. c. 14. & Emanuel. Roderic in libro quæst. regul.  
tom. 1. quæst. 49. art. 3. & 5.

Aduertendum tamen est, quod contra loquentes cum monialibus nulla adest  
censura, & pœna imposita a iure communi, sed tantum per edicta ordinariorum  
locorum, & episcopi per eorum statuta solent fulminare excommunicationem,  
inquit Abb. in capitul. monasteria, de vi. & hon. cleric. vbi text. contra frequen-  
tantes monasteria monialium, & quantum ad regulares attinet, non possunt ho-  
die loqui cum monialibus per decretum Sacræ Congregationis tenoris sequen-  
tis.

DECRETVM, QVORELIGIOSIADMONIALIUM  
Monasteria, cuiuscunque Ordinis accedere prohibentur,  
nouissime reformatum.

**I**llustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinales, Sacræ Regularium Cõgre-  
gationi Præfecti ad occurrendum scandalis, quæ contingere possunt, aliisque  
iustis, & rationabilibus causis animû pie mouentibus, de speciali, & expresso mã-  
dato S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. viua vocis oraculo eis facto, de  
creuerunt, & mādauerunt, nulli post hac Religioso, cuiuscunque ordinis, gradus, qua-  
litate, & dignitate existat (superiore, cui monasterij, seu domus cura incumbit, vi-  
sitatore, vel visitatoribus, cõfessorioque ordinario, & extraordinario, cû ad tẽpus  
deputabitur dũtaxat exceptis) licere absque licẽtia expressa eiusdẽ Sacræ Cõgrega-  
tionis accedere ad Monasteria, seu domus quauicq; Monialium, vel seruorum, siue  
sui, siue alterius cuiusuis ordinis, ad colloquendum, siue tractandum cum eis.  
Quod si aliquando mādato sui supertoris aliquos religiosos ad prædicandũ Ver-

bum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum monialium, seu sororum ecclesiis siue oratorijs exterioribus, siue extra claustra existentibus mitti contigerit, prohiberūt ne dicti Religiosi vlllo quæsito colore, moniales, sorores, aut quamlibet aliam personam, intra clausuram degentes alloqui possint. Confessarijs autem similiter interdixerunt, ne in ædibus monasterij, seu domus, vel monasterio; seu domui monialium, aut sororum contigujs pernocent, aut alios pernocitare faciant, vel alias secum retineant, neue extra tempora generalium confessionū, quibus soli tantum confessario, refectioem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum sua habitatio, aut virorum domus, vel monasterium in quo degit, a monialium, seu sororum monasterio, vel domo nimium distat nisi tamen, & eo casu contrarium specialiter constitutum sit) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant. Quæ omnia, & singula sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiua, & passiva ipso facto incurren. alijsque eiusdem Congregationis arbitrio, præceperunt inuiolabiliter obseruari, intuentes cunctis RR. Patribus, Generalibus, Provincialibus, & alijs quorumvis monasticorum, & mendicantium ac non mendicantium ordinum, & congregationum superioribus, ad quos spectat, quatenus infra terminum unius mensis, a die quo præfens decretum ipsis notificatum fuerit, computandi, debeant eiusdem decreti copiam cum huiusmodi præcepto omnibus suorū ordinum, & Religionum monasterijs, domibus, & conuentibus intimare, & notificare, & intimasse, & notificasse, ne vllam aliquando desuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætereundere quomodo possint. Romæ Nonis Maij. 1590.

F. Michael Bonellus Card. Alex.

Georgius Palearius Secr.

Romæ, apud Paulum Bladum Impressorem Cameralem. 1590.

Decretum hoc fuit extensum etiam ad regulares S. Ioannis Hierosolymitani, vt Sacra Congregatio scripsit Vicario Neap. sunt enim vere religiosi vouentes tria substantialia vota, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, iux tradita per Nauar. in conf. 2. num. 2. & 3. de conuers. coniugar. & in conf. 12. de regula. in nouis ac gaudent privilegio clericali, nempe canonis, fori immunitatis, ut per Emanuel. Rodric. tomo 1. quæst. regularium q. 1. art. 6. dum tractat utrum professio in ordinibus Militatibus sit religiosi. ubi refert: quod prædicti habent ex privilegio Pontificio, ut non comprehendantur sub iure aliquo religiosorum, quantum ad odia, & rigores, ex Per. de Aragon. 2. 7. q. 88 articu. 11. ad ult. & faciunt ista per Abb. in rubr. de regularib. & quo ad eos potest dici fauorabile hoc decretum, quia quando agitur de euitando animorum periculo etiam in pœnalibus, & odiosis admittitur extensio. Panor. in c. ex tenore num. 6. qui filij sint legit. Granet. de antiquit. tēpor. par. 4. sect. Videamus, num. 10. Rota Rom. in decis. diuers. vol. 2. decis. 29 num. 10. & dixi supra in uerbo casus. referuati num. 3. fol. 154.

Dubitari posset, An regulares adeuntes monasteria monialium absque Episcopi licentia incidat in pœnam excommunicationis, quam Episcopus suo

suo ed. do proposuit. Respondetur, quod non, si Regulares habent ex privilegio non posse ab Episcopis excommunicari, & alias sic excommunicati, non possint ab solui a suis Superioribus, sed ab Episcopo, qui sibi hanc absolutionem reservavit, & ita Sacram Congregationem respondisse die 9. Aprilis 1587. ex Capuccino in Compend. Mendic. refert Roderic. tomo 1. quest. regul. quest. 45. art. 2. in fine.

Hinc tangenda veniunt duo quaesita, sed remissive, quorum alterum est. An Episcopi possint declarare excommunicatos a iure, vel Apostolicis Constitutionibus regulares exemptos habentes privilegium, ut excommunicari, & suspendi non possint. Pro cuius resolutione adde tex. in clem. 1. & ibi Cardin. Zabar. num. 24. & Panor. nu. 21. de privileg. Felin. in c. non potest sub nu. 3. de sent. & re iud. & Henric. in Sum. lib. 7. de indulgent. cap. 25. sub §. 7. Et quid si per edictum sub excommunicationis pena prohibiti essent certum peccatum committere, quod publice perpetrassent, an Episcopus possit eos excommunicatos denunciare, videndus est Navar. in cons. 2. de senten. excomm. in nou. Alterum est quaesitum, An statutum Episcopi excommunicans ad monasteria monialium intra diocesim existentia, sed exempta, & subdita regularibus, valeant, ligentque tam subditos, quam non subditos ad illa accedentes. Ad quod videndi sunt Gemin. Ancharan. & Franc. in c. unico, de statu regul. in 6. Henric. Bott. in tract. de Synodo Episc. par. 3. art. 1. conclu. 13. nu. 40. examinat Iason. in cons. 83. nu. 6. vol. 1. & declarat Rolan. a Valle in cons. 33. sub nu. 46. vol. 3. ac faciunt dicta per Syluestr. in verbo Excom. 4. nu. 12. & seq. Quo vero ad licentiam petendam pro accessu ad huiusmodi monasteria exempta refertur Sacram Congregationem censuisse facultatem concedendi licentiam ad eundem ad colloquium cum monialibus Regularibus subiectis, spectare ad ipsos Superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitime prescripta, ut huiusmodi licentiam quo ad monasteria, que regularibus subsunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & Superiore regulari coniunctive obtinerentur, tunc enim consuetudinem esse observandam, & Neapoli observatur, ut accedentes ad monasteria etiam exempta petant licentiam a Vicario monialium.

Sed an liceat Episcopo licentiam dare matris, sororibus, & consanguineis monasterium ingrediendi causa visitandi filiam, vel sorores, quae graui aliqua infirmitate detinerentur. Respondetur negative etiam si essent in mortis periculo, & minus quando filia, aut alia professionem emitterent, vel habitum susciperent religionis ex declaratione Sacrae Congregationis, quam recenset Roderic. tomo 1. quest. regul. q. 46. art. 1.

Quantum vero attinet ad reformationem monialium extant infra scriptae ordinationes tenoris sequentis.

ORDINATIONES QVÆDAM PER ILLUSTRISSIMOS & Reuerendissimos DD. Cardinales, super Congregatione Regularium deputatos datae Reueren. Dominis Visitoribus Apostolicis Monasteriorum Sanctimonialium Civitatum Neap. & Salerni. sub die 2. Iunii. 1589. Et per eosdem Illustrissimos DD. Cardinales reformatae, & modificatae, sub die 12. Iulij. 1592. ut eas perpetuo observari, & custodiri mandent, & operentur, &c.

IN quolibet Monasterio non habeantur, nec permittantur plures Crates ferreae, seu fenestrae collocutoriae, quam vna, aut ad summum dua.



- 2 Ha nullo modo in ecclesiis sint, sed extra eas tantum.
- 3 In monasteriis vero, in quibus hactenus laminarum vsus non est introductus, in fenestris collocatoriis ponuntur binæ crates ferreæ introversa altera, altera extroversa, & distantes ab invicem saltem per spacium duorum palmorum, vel totius crassitudinis muri, nec non spise seu stricte adeo ut nec puellæ manus per foramina transmitti possit. Inque exteriori crate figatur clavi ferrei eminentes, & acuti ita ut locuturi facies illi nequeat adherere, & colloquentium verba exaudiri valeat.
- 4 In fenestellis Confessionibus configantur etiam laminæ ferreæ, scilicet cum minutis foraminibus, e quibus, nec ipsæ moniales cernere, vel spectare quæpiam, nec a quopiam villo modo cerni, aut spectari possint.
- 5 Fenestella vnde Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum percipiunt alta sit dimidiato palmo, lata vero integro, quæ binis foriculis totidèque seris, & clavis alteris intrinsecus, alteris forinsecus occludantur.
- 6 Tam in ingressu, seu in habitu regulari suscipiendo, quam in professione emittenda velo suscipiendo, vel consecratione monialium, in quibus monasteriis Ordinis, vel regulæ S. Benedicti mos est, ut consecrentur, fas ne sit eis munera, xenia, dona vel aliud quidlibet singularibus, vel particularibus monialibus dare, vel erogare, sed quicquid a cognatis, vel affinis donatur, vel offertur, id uniuersum tribuatur, & referatur in commune, nec lauta, aut sumptuosa, siue succulenta contiuia fiant, aut permittantur; sed sobria tantum, quæ sacras vii gines deceat spiritus corporisque recreatio concedatur.
- 7 In quouis monasterio eligatur quotannis Magistra Nouitiarum, cui vni curæ sit illas instituere, nec eidem curæ siue illis instituendis materiteræ, seu Amicæ, vel quæuis aliæ, etiam qualibet cognatione coniunctæ, se immisceant villo pacto.
- 8 Ad ianuam monasterii, vestibulum sit binis foribus munitum, in quod moniales nunquam intrent, dum fores exteriores, uel aperta sint, uel mox aperiende, ne inde unquam moniales spectare, aut spectari possint.
- 9 Collocatorium interius locus sit seris oclusus, in quem nulla monialium ingrediatur, nisi uocata, & a sua superiore uenia ei data, ibique auscultatrices huic muneri designatæ semper intersint, & assistant: Quæ quicquid dicatur audire debeant, nisi futurus sermo secretum exposularet, quo casu, de Abbatisse, siue Priorisse licentia propinquioribus consanguineis, remotis arbitris, permitti posset.
- 10 Non scribant literas iniussu Superioris, scilicet, Abbatisse, siue Priorisse, nec dent, neue ad eas Missas, recipiant, nisi ante ab eisdem fuerint perlectæ.
- 11 Presbyteris, Confessariis ab Abbatisse, Prioris, uel aliis Prefectis monasteriorum statuatur æqua, & idonea elemosyna siue prouitio, quæ pro communi monasterii persoluatur, si autem uicissitudo munerum quantumuis exigui valoris, quæ sibi cum monialibus possint intercedere omnino interdicta sit, sub pena perpetuæ suspensionis ab audiendis, tam illarum, quam quorumuis aliorum confessionibus, in quam ipso facto incurrant.
- 12 Nulla monialis, vel Conuersa, dona, munera, & pecuniam, aut aliud quippiam, etiam charitatis, aut pietatis, vel elemosynæ nomine, siue intuitu, cuiusque personæ, tribuat, donet, aut largiatur, sed si ex aliqua iusta, vel rationabili causa aliquid dandum, vel tribuendum visum fuerit, id a Prefecta, seu Superiori monasterij, & re communi fiat.
- 13 Praesertim vero caueatur, ne qua monialis, vel Conuersa quicquam ex bonis monasterij det, aut donei, nec ex eis quidem, quæ in usum suum assignantur, nisi de licentia Abbatisse.

- 14 Neque ullius generis bellaria, edulia, esculenta, ientacula, offellas, confectio-  
nes, & sirupata, vel alia similia quæcunque conficiant, aut coquant, vt illa ven-  
rent, donent, aut largiantur, nisi de licentia Abbatis, & de rebus modicæ impen-  
sæ, & in confanguineos tantum.
- 15 Moniales, officiales monasterij, in suis muneribus obeundis nihil nisi de re, &  
pecunia monasterij expendant.
- 16 Denuncietur cunctis Sanctimonialibus cuiuscunque ordinis, Religiosas pro-  
fessas, quæ testamentum faciunt, vel de rebus sibi in vsum assignatis disponunt,  
mori, & decedere proprietarias, illasque censuris, & pœnis a sacris Canonibus, re-  
gulis, ac ordinum, & monasteriorum Constitutionibus, atque aliis ordinationi-  
bus contra proprietarios editis, & promulgatis subiaccere, ac obstrictas esse: Item-  
que contractus, & instrumenta, in quibus moniales ab eorum monasterio emunt  
annuos redditus, quoad ipsæ vixerint, vel etiam vt post ipsarum obitum alia suc-  
cedat, & similia, nullius sint roboris, vel momenti, sed irrita, & inania, ac proin-  
de ijs defunctis cuncta omnino monasterio incorporantur, cui sunt redditus hu-  
iusmodi acquisiti.
- 17 In quouis monasterio sit infirmitas communis, & vbi non fuerit, a Superio-  
ribus extrui, vel fieri quam primum curetur, etiam si res postulat, sub censuris, &  
pœnis eis beneuolis, in eam autem recipere teneantur, in virtute sanctæ obedi-  
entiæ, omnes moniales, & Conuersæ, tam Professæ, quam Nouitiæ ægrota, qui-  
bus opus sit Medico, nec Medicus quampiam secundo inuisit, nec inuisere per-  
mittatur a Præfecta monasterij, neque medicinam præscribat extra infirmitatem  
sub pœna excommunicationis. Neque etiam extra illam cõfessarii monialium depu-  
tati cuiusuis audiant confessionem, sub pœna suspensionis ab illarum, & aliorum  
quorumuis confessionibus audiendis, in quam ipso facto incurrant: Si tamen ali-  
qua monasteria ob angustiam loci, aut ob nimiam paupertatem, non possent ita  
statim extruere infirmitatem: Ordinarius, siue Superior visitet monasterium, & il-  
lis præscribat certum locum, & assignet spacium temporis in tra quod omnino debeat  
exequi, & quo ad impensam necessariam pro fabrica videat idem ordinarius, vt  
per elemosynas, aut per alios sibi beneuolos modos ei provideatur, & quam pri-  
mum de his quæ egerint, Congregationem certiorum faciant.
- 18 Ægrotantibus autem, & Infirmis, in Infirmitate decumbentibus ex ea pecunia,  
quæ in eam causam, vt infra, assignabitur, suppeditentur omnes sumptus, & ex-  
pense pro victu, alimentis, lectulis, & medicinis, & aliis reb. necessariis ad illarum  
morbos curandos, ac valetudinem consequendam.
- 19 In ea vero nulla audeat aliunde particulares sumptus sibi facere, quo circa Vi-  
sitatores, & exinde Superiores in monasterijs, in quibus huiusmodi subuentio-  
nes non ponuntur in communi deposito, assignabunt huiusmodi Infirmitate  
communi redditus sufficientes tam ex communi mensa monasterij, quam ex as-  
signatis rebus, censibus, & bonis ad singularum, seu particularium monialium v-  
sum, siue sustentationem pro ea rata tamen, quæ eis videbitur huic negotio satis  
esse.
- 20 Eligatur autem monialis, solitudine, sedulitate, & charitate præstans,  
quæ ægrotantium sororum cum omni studio, & pietate curam gerat, fide-  
literque pecuniam sibi commissam administret, cuius rationem reddere teneat-  
tur.
- 21 Ei autem constituentur tot Moniales conuersæ auxiliares, quot videbuntur ei  
muneri satis esse.

- 22 Nulla audeat accedere ad Infirmariam tanquam agrotans, vel infirma, nisi febriliter, vel alio morbo laboret, quem ibi curare oporteat de consilio Medici, qui ad restitutionem expensarum in foro conscientia teneatur, si cui huiusmodi consilium dederit, ubi opus non erit.
- 23 Omnes fenestrae, vel foramina, quae fuerint in claustrorum parietibus, e quibus moniales foras spectari possint, omnino occludantur, permissis solum fenestris aliis, quibus ad lumen excipiendum necessarius, quae tamen talia sint, ne inde vllomodo prospici, aut prospicere queant.
- 24 Monialibus, & earum ecclesijs, non permittatur cantus figuratus, sed tantum firmus, ac praeterea, etiam ex omnibus monasterijs omnia instrumenta musicae (exceptis organis, quae in exteriori ecclesia permittantur, tollentur.
- 25 Sola moniales officium diuinum in suis ecclesijs celebrent, ita vt nulla regularis, vel saecularis, aut alia quaelibet laica persona, ad id quomodolibet se ingerat, sed tantum Sacerdotes, & Clerici deputati, vel deputandi ab Ordinario, siue Superiore, pro celebrandis Missis, in die solennitatis monasterij, ad ea sua munera ob eunda, quae sint ex vsu necessario ecclesiae cuiusmodi sunt missa celebratio, benedictiones, & his similia, quae per moniales expediri non possunt, accedant.
- 26 Nulla monialis, vel Conuersa, vel quauis alia persona, etiam quae non sit de monasterio, audeat alias priuatas sibi Missas celebrari facere in ecclesijs monasteriorum monialium, praeter eas, quae a Cappellanis deputatis communibus impensis monasterij celebranda sunt.
- 27 Quia vero in quibusdam monasterijs quamplurimae Missae, quae magnum Sacerdotum numerum requirunt, celebrari debent ex testamentis, vel relictis, & alijs dispositionibus, & nihilominus ob defectum Cappellanorum, aut monasteriorum paupertatem, vel alia de causa omittuntur, vel omitti oportet, mandatur Dominis visitatoribus, & successiue Ordinarijs, & Superioribus, vt ei rei opportune provideant, iuxta Decreta Sacrosancti generalis Concilij Tridentini, & Provincialis Synodi Neapolitanae, aut alia meliori ratione consulentes, ac referant huic Sanctae Sedi.
- 28 Nulla Monialis, vel Conuersa cum aliquo Aduocato, Procuratore, Sollicitatore, fixatore, alioque negotiorum Gestore quodcumque negotium, causam, vel litem pertractet, nisi cum solis ijs, qui pro communibus negotijs, causis, & litibus Monasterij procurandis, & deferendis deputati sunt, & de licentia Praefecti eiusdem monasterij.
- 29 Vectores, qui vinum pro vsu monasterij, vel etiam aquam Balneorum pro Infirmis conuehant, monasterium ingredi nisi interdum nullatenus permittantur.
- 30 Ad conficiendum Panem, vel etiam ad cernendam farinam nemo in monasterium intres, quod si alia de causa necessaria, & vrgenti intrauerit, istiusmodi operam ne praestet.
- 31 Abijciantur e Monasterijs omnes Catelli.
- 32 Collocutoria exteriora fores ne habeant, quae possint occludi, sed omnia pateant.
- 33 Ianitrices, & quae Sacrificia curam habent, & Comitatrices, quae ingressos comitantur, quadraginta annis non paucioribus natae sint.
- 34 Comitatrices, Confessarios, Medicos, Chirurgo, & alios, qui ex necessitate intra claustra pro tempore aduerti oportet, ubi ingressi fuerint, semper comitentur.

- 35 Omnino assignetur confessorius extraordinarius iuxta decretum sacri generalis Concilij Tridentini, quem quævis monialis adire teneatur, cui tamen liberum sit illi sua peccata confiteri, vel non confiteri.
- 36 Nec quicquam commodato accipiant pro ipsarum ecclesiis, vel Orationibus orandis, sed proptio sint ornatu contentæ, quem nec alijs commodent.
- 37 Omnes conuersæ rei communi monasterii inseruiant, Conuersæ autem particulares nulli monialium concedantur, & quæ iam concessæ sunt in communitatem redigantur, sed si cui, vel propter infirmitatem, morbum, aut senectutem, particulari ministerio indigeat, Abbatissa, vel præfecta monasterii, ex eisdem Conuersis communibus vnâ, pluresue assignet, prout opus fuerit, ad nutum tamen ipsius reuocabiles, & ex industria, aliam, vel alias vicissim ad tempus substituatur, vt necessitati vniuscuiusque sit consultum, & priuato seruitio nequaquam illarum quempiam addicta, seu assignata sit, aut dici possit.
- 38 In Conuersas non recipiantur in quoquo monasterio plures tertia parte aliarum monialium, vel ad summum non nisi duæ ad rationem quinque monialium, vbi verò consuetudo est, vt ea proportio non expleatur, sed minor sit numerus Conuersarum, ea, vt pote laudabilior, obseruetur.
- 39 Famulæ sæculares, quæ in monasteriis pro illorum seruitio, & ministerio degunt, omnino dimittantur, nec habitum suspiciant, nisi prius extra monasterium dimissa ab Ordinariis illarum voluntas fuerit explorata, iuxta prædicti Sacri Concilij Tridentini Decretum, quod tamen fiat omnino gratis, neque sint supra numerum proxime definitum.
- 40 Tam Moniales, quam Conuersæ, suam quæque cellam habeat, nec in vna plures commorentur, neque vna cum alia, sed seorsum qualibet in suo lectulo dormiat, seu quiescat.
- 41 Non recipiatur monialis, vel Conuersa in quoduis monasterium, nisi in eo singula, singulis monialibus, & Conuersis propria Cella, quæ siue ex muro, vel cemento, siue ex tabulis, siue ex tela in communi Dormitorio distinguantur, assignata sint, & actu eas inhabitent, & vacua supersit propria cella pro recipienda in monialem, vel Conuersam.
- 42 Visitatores numerum monialium, ac etiam Conuersarum iuxta supradictam rationem in quolibet monasterio, certum definiant, ex facultatibus, & redditibus, quæ a monasterio in communi possidentur, & ex consuetis elemosynis statuentes, in monasteriis Ciuitatis Neapolitanae pro singulis monialibus annuatim quinquagenos ducatos, quadragenos autem pro singulis Conuersis, quæ tamen præscriptam portionem non excedant.
- 43 Verum vbi monasterium aliquas in moniales supra numerum definitum recipere voluerit, id quidem conceditur, si fuerint Cella pro eis, Vel aliud ex prædictis non obliterit, & in dotem præterea, vel elemosynam a singulis assignetur, præsens pecunia, ex qua saltem possit emi annuus redditus ducatorum sexaginta sex illius monete in absolutum monasterij commodum, & vtilitatem conuertendus, & inalienabilis, ac perpetuo retinendus, in monasteriis vero Salernitanæ Ciuitatis (obseruatis conditionibus ceteris iam dictis) Domini Visitatores taxent certam annuam quantitatem reddituum pro loci, & personarum qualitate.
- 44 Nulla vnquam recipiatur in Monialem, nisi prius parentes, fratres, vel ii ad quos eius cura spectat promptam habuerint vniuersam pecuniam pro dote, vel elemosyna consuetam, ex qua puellæ nomine annuus redditus ematur.

Acce-

Accedente monasterij consensu, cui huiusmodi redditus alimentorum causa vltique ad professionis diem cedat, ea vero sequuta, successionis iure integer acquiratur.

45 Cum vero regularis viuendi ratio, & optimi instituti, & tuta via qua ad omnem perfectionis gradum ascenditur, sit vita communis, nihilque proprij possidere, nec pecuniam tractare, ne eam quidem, quæ in vsum cuiusque conceditur; districte præcipitur, & mandatur, vt si quæ moniales huiusmodi Sanctam, & regularem viuendi rationem elegerint, & omnia bona, redditusque quouis modo ad vsum concessa, vel reseruata a se abdicauerint, & monasterio cesserint, Abbatissa, Priorissa, vel alia Præfecta monasteriorum renunciationem huiusmodi recipere omnino teneantur, & ex monasterij bonis, & redditibus, seu introitibus in his, quæ ad victum, & vestitum, & reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis præcipue providere, & ita opportune omnia subministrare, vt nulla re indigere permittatur. Si quis autem, vel si qua intra, vel extra monasteriũ talem pium viuendi vsum dicto, vel facto, nutu, vel signo exturbare, reprehendere, aut quouis modo impedire, maligno spiritu instigante, præsumpserit, Superiores in eum, eamue maledictionem æternam, & excommunicationis sententiam, etiam ipso facto incurrendam comminari, & infligere possint. Quinimo omnibus dictorum monasteriorum Superioribus, & Præfectis in Domino iniungatur, vt prædictarum monialium pie, & Religiose viuentium singularem curam gerant, vt pote, quæ sub speciali protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, nostræ, & Congregationis existunt, & vt hæc tuta viuendi ratio, dante Domino, amplificetur, de cetero, in prædictis monasterijs, Nulla ingressura monasterium, recipiantur, aut admittantur aliquo modo in monialem, vel Conuersam, nisi promiserit communis vitæ institutum prædictum amplecti, & iuxta illud perpetuo viuere; vbi vero ingressa fuerit, vna cum alijs monialibus eiusdem instituti, & obseruantia adiungatur, & cū eis viuat: Confessarij etiam sedulo hortentur, ac moneant moniales, vt prædictum communis vitæ institutum, & tutam Deo seruiendi viam sequantur.

46 In monasterijs, in quibus similiter retinentur hæctenus prouisiones, & subventiones, & non omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam subventionem, de manibus tamen Abbatissæ, seu Præfectæ monasterij, siue depositariæ ad nutum tamen Abbatissæ, siue Præfectæ prædictæ pro suis Religiosis necessitatibus, quæ vero supersunt, Abbatissa erogata teneatur in communes vsus monasterij. Ac Ordinarij, siue Superiores monasterij quotannis exigat rationem a Depositaria, & Abbatissa, seu Præfecta prædictis de huiusmodi prouisionibus, subventionibus, & depositis, & in eas transgredientes grauiter animaduertant.

47 Vt autem ad Dei gloriam, & Monialium in Domino profectum, & animarum salutem suprædictæ ordinationes debita deuotione, & reuerentia suscipiantur, Vniuersis & singulis Reuerendis Abbatissis, Priorissis, ac alijs Præfectis, & Superioribus Monasteriorum, ac monialibus, & Conuersis, in virtute sanctæ obedientia, ac sub priuationis officiorum, & perpetuæ inhabitatis, ac vocis actiua & passiuæ, atque alijs censuris ecclesiasticis, & pœnis, etiam ipso facto incurrendis, respectiue (in casibus tantum a Congregatione præscribendis; quo ad censuras, scilicet) ac alias iuxta facultates dictis Dominis Visitatoribus concessas districte præcipitur, & mandatur, vt omnia, & singula in eisdem ordinationibus contenta, obseruent, & exequantur, ac obseruari, & exequi faciant.

- 48 Præterea Dominus Ordinarius Neapolitanus, eiusque Vicarius, & Officiales in spiritualibus Generales, & prædicti Domini Visitatores Apostolici, nec non, alij Superiores Regulares, ad quos Monasteriorum cura quomodolibet spectat, studeant, ut hæc omnia inuiolabiliter obseruentur. Transgredientes vero prædictis censuris ecclesiasticis, & pœnis etiam inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, ac aliis, prout eis videbitur, iuris & facti remediis opportunis exerceant, & castigent, cum facultate declarandi Abbatissas, Priorissas, & alias præfectas culpabiles repertas incurrisse in pœnas etiam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad ea, atque illas sic declaratas deponendi, & puniendi, ac alias idoneas illarum loco subrogandi, & sufficiendi, quæ regularis disciplinae zelo accensæ huic reformationi inuigilare possint, & velint.
- 49 E monasteriis Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctæ Mariæ Consolationis, Sancti Antonij de Padua, & Sanctæ Mariæ Magdalena Neapolitana Civitatis emitantur omnes, & quæcumque puella, atque seculares mulieres, quæ educationis, vel alia quavis causa in eis morantur, Non obstantibus quibuscumque.
- 50 In monasterio Sanctæ Mariæ Angelorum, Sanctæ Mariæ Consolationis, & Sancti Antonij de Padua, nulla de cetero admittatur in monialem vel Conuersam, nec Religionis habitum suscipiat, sub pena priuationis, ipso facto, officiorum, & vocis actiue & passiuæ, tam per Abbatissam, quam per Discretas, quæ huic rei auctoritatem, vel assensum præbent, incurrenda. Ac insuper illius receptio, & professio inde sequuta irrita sit, & inanis: ac nullius sit roboris, vel momenti, sed & quæ de facto in posterum iam recepta fuerit, de monasteriis eiiciatur.
- 51 Idem quoque obseruetur in monasterio Sanctæ Mariæ Magdalena, cum propter loci in salubritatem, & alias iustas, ac rationabiles causas, Dominis Visitatoribus datum fuerit in mandatis, ut ipsi, habita ratione reddituum, tam communium, quam particularium, seu in proprios vsus assignatorum, tantum ex redditibus Conuentui, seu Mensæ monialium tribuatur, quantum videatur satis esse ad illarum congruam sustentationem; quod autem superest futuro monasterio extractendo referatur. Datū Romæ in sacra Congregatione super Regularibus institutis, habita Domo, Illustrissimi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, Dei 2. mensis Iulij 1589.

F. Michael Bonellus Card. Alex. Episc. Alban.

Gregorius Paleanius Secr.

Romæ, apud Paulum Bladum Impress. Cameralem. 1592.

Sequuntur declarationes quædam quorundam prædictorum capitum tenoris sequentis.

M. D. C. Die 6. Maij, Facta relatione Sanctissimo D. N. decreuit. Ad primū, & secundum ut curet Illustrissimus D. Cardinalis Archiepiscopus decreta reformationis Apostolicæ inuiolabiliter seruari, & executioni mandari, præsertim quæ de duplicibus cratis ferreis in cap. 2. & quæ de vita communi in 45. & 46. disponuntur, hoc addito, ut Moniales teneantur præstationes omnes ipsis assignatas, superioribus fideliter notificare, & consignare in certo libro notandas, & per communes officiales monasterij exigendas, ad hoc ut in vsum ipsarum Monialium, pro singularū religiosarū necessitatibus de mandato Abbatissæ, seu alterius

terius superioris per ministros publicos, & communes Monasterij, in totum, vel pro parte, vt opus erit quotannis erogentur.

Ad Tertium prouisum.

Ad Quartum vnicuique Monasterio vnicus tantum Confessarius ordinarius assignetur, sed per annum ter, aut quater alius extra ordinem ad prescriptum Sacri Concilij Tridentini offeratur.

Alex. Cardinalis Floren.

Locus Sigilli.

Bernardinus Episcopus Auersanus Secret.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO

Signor mio osseruandissimo.

**N**ostro Signore stesso ha voluto vedere, & esaminare le scritture mandate da V.S. Illustriss. e date a nome delle Monache sopra l'osservanza de' Decreti della riforma de' Monasterij di questa Citta; Et essendo assai chiari li Capitoli 45. & 46. dell'Ordinationi generali; Sua Santita vuole, che 'osservino, come cantano, ne si aggiunga obligo, doue non e. E circa la difficulta, che consiste intorno l'ultimo Decreto fatto alli 6. di Maggio 1600. come s'habbia da praticare, Sua Beatitudine ha ordinato si richiari a V.S. Illustrissima, che sia lecito all'Abbadessa, e superiora ciascuno Monasterio di permettere alle Monache, che possa ciascuna di esse spendere qual che cosa delle souentioni, che li uengono date senza passare per le ministri communi de' Monasterij, e senz' obligo d'auerne a rendere altro conto, come faria a ragione di vn scudo il mese per seruiti minuti, pur che s'osservi nel testo il Decreto come sta. E benché quanto alla vita commune non intenda Sua Santita, che le Monache professse prima della riforma, le quali non eleggono volontariamente siano astrette ad accettarla, come non le obliga meno il sudetto Capitulo 45. cosi commanda, che non si ricuano nell'auuenire in modo alcuno Monache all'habito, ne alla professione, se no sotto la intiera riforma, & osservanza della vita commune; e cosi in ciascuno de' sudetti casi V.S. Illustriss. si compiacerà ordinare che sia eseguita la Santa mente di Sua Beatitudine, e le bacio humilmente la mano. Di Roma il di 8. di Marzo 1602.

Di V.S. Illustrissima e Reuerendissima

Il Cardinale di Firenze.

Humiliss. Seruitore.

**S**anctissimus Dominus noster Clemens Papa viij. Ad tollenda dubia, & difficultates ortas super executione, & obseruatione Capitulorum. 45. & 46. Constitutionum super regimine Monialium Civitatis Neapolitanae declarauit, ac decreuit Capitulum 45. obseruandum fore totum, vt iacet in Monasterijs in quibus iam fuit introducta, & acceptata a maiori parte monialium vita communis.

In

in aliis vero, in quibus retinentur hætenus prouisiones, & subuentiones in illa parte tantum, in qua mandatur, ut si quæ moniales huiusmodi sanctam, & regularem viuendi rationem elegerint, & eorum bona a se abdicauerint, & Monasterio cesserint, superior monasterii renunciationem huiusmodi recipere, & ex monasterii bonis in his, quæ ad victum, & vestitum, ac reliquam vitæ sustentationem pertinent, illis providere teneatur, moniales vero, quæ post easdem Constitutiones receptæ fuerint, vel in posterum admittentur in eisdem monasteriis, in quibus subuentiones retinentur, nullatenus inuita cogantur ad vitam communem, sed teneantur obseruare Capitulum 45. cum declarationibus inde secutis sub die 6. Maij 1600. & 5. Martij præsentis anni 1602. Ille autem moniales, quæ in eisdem monasterijs reperiuntur professæ ante Constitutiones, quibus idem Capitulum 46. obseruare non placuerit, privata sint omnino voce passua, donec resipiscentes tam sanctum Institutum acceptauerint. Easdem porto Constitutiones omnes innotans sua sanctitas mandauit in ceteris omnibus obseruari, & executioni de mandatu. Romæ 26. Iunij 1602.

Alex. Card. Floren.

Locus Sigilli.

Hieronymus Aguechius Secrer.

Declaratio quomodo sint soluendæ elemosynæ pro Monialibus supra numerum recipiendis, & quando possint concedi, vel promitti loca in Monasterijs, puellis habitum regularem suscipere volentibus.

QVemadmodum sacri olim Canones, & nouissime Sacrum generale Concilium Tridentinum summa ratione decreuit, ut in monasterijs, & domibus tam virorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, vel non possidentibus, is tantum numerus cõstituitur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redpitibus propriis monasteriorum, vel consuetis elemosynis commode possit sustentari, ita quoque Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ negotiis, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium præest, cui antiquius nihil est quam salutaria huiusmodi decreta debita executioni demandari curate, sæpius locorum Ordinariis rescripsit, ut certum numerum in singulis monasterijs monialium, etiam curæ Regularium, seu militiarum subiectis, iuxta cuiusque monasterii facultates præscriberent, & si quæ supra statutum numerum reciperentur, duplicem elemosynam adferre, & supra numerarium locum tenere deberent. Verum quia in dubium plerumque venit, num supra numeraria prædicta, aliquibus ex numero in quolibet monasterio definitio decedentibus, in earum locum subrogari possent, aut deberent, Eadem Sacra Congregatio, quæ peculiariter super ea re sæpenumero rescripsit, providere volens, ne quis deinceps dubitationis locus relinquatur, huius generalis decreti tenore statuit, & declarat, moniales, quæ supra numerum in quolibet monasterio constitutum, recipiuntur, in locum monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis monasterijs moniales intra numerum

Decretum sacre Congregationis.

Congregatio de Statu regul. in 6.



rum possunt admitti; quin immo easdem sic supra numerum receptas, supranumerarias semper quo ad hoc remanere, etiam si in ceteris ab aliis nihil differant sed illis in omnibus pares, & æquales iuxta cuiusque monasterii institutum esse debeant.

Declarat in super eadem Sacra Congregatio duplici elemosynæ nomine intelligi semper debere duplicatam summam eius, quæ in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueverit: ita tamen ut ubi summa, quæ confertur, minor est sentis ducentis, ibi saltem ratione duplicata elemosynæ solvenda sint scuta quadringenta, & non minus.

Eadem quoque Sacra Congregatio districte prohibet, ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam puella ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera, & reali illorum vacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi ac in monialis demortuæ locum, promissionem, aut receptionem in Capitulo seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda & ætatem habeat idoneam, & ceteras qualitates requisitas: quibus etiã prædita esse debere vult eas puellas, quæ supra numerum recipiendæ sunt iam tunc, cum eis loca vel promittuntur, vel dantur: si quid vero contra a quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore, & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas, Prioribus, & alios quoscunque Monasteriorum superiores, qui cuiusvis puellæ receptioni, vel admissioni, aut locorum vacaturorũ promissioni, seu concessioni aduersus præsentis decreti dispositionem consenserint priuationi vocis actiuæ, & passiuæ, aliisque arbitrio eiusdem Congregationis infligendis pœnis obstrictos, & obnoxios fore declarat, saluis etiam semper, & in suo robore permanentibus aliis quibuscunque ipsius Congregationis decretis alias, latis præsentis decreto non contrarijs, præsertim circa monialium admissionem, & receptionem ad habitum, & professionem, & circa elemosynarũ depositionem, solutionem, & erogationem in bona stabilia, quibus nullatenus derogare vult, & intendit. Romæ die 6. mensis Septembris MDCIII.

Alex. Card. Florent.

Berlingerus Gypsius Secr.

Romæ ex Typographia Camere Apostolicæ MDCIII.

MONTES PIETATIS.

*Cõgruit  
titut. de  
vsuris.*

**P**RÆTER Summissas sciendum est, Montes Pietatis licitos esse, & contrarium prædicantes excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurtere Leonis X. Constitutione cæteri in Bull. fol. 189, incip. Inter multiplices & infra.

*Leo. X.*

Sacro approbante Concilio declaramus, & diffinimus montes Pietatis antedictos per res publicas institutos, & auctoritate Sedis Apostolicæ hæctenus probatos, & confirmatos, in quibus pro eorum impensis, & indemnitate aliquid moderatum, ad solas ministrorum impensas, & aliarum rerum ad illorum conseruationem ( ut præfertur ) pertinentium, pro eorum indemnitate duataxat ultra sortem

fortem absque lucro eorundem monitum, recipitur, neque speciem mali præferre, nec peccandi incentiū præstare, neq; vilo pacto improbari, quinimo meritorium esse, ac laudari & probari, debere, tale mutuum minime vsurarium putari, licereque illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare etiam cum indulgentijs a Sancta Sede Apostolica eam ob causam concessis; Ac deinceps alios etiam similes montes cum Apostolica Sedis approbatione erigi posse. Multo tamen perfectius, multoque sanctius fore si omnino tales montes gratuiti constituerentur, hoc est, si illos erigentes, aliquos census assignarent, quibus si non omni saltem vel media ex parte huiusmodi montium ministrorum soluerentur impensæ, vt ad leuiorem aris soluendi portionem medio hoc, pauperes grauari contingat, ad quos cum huiusmodi census assignatione, pro impensarum supportatione erigendos, Christi fideles maioribus indulgentijs inuitandos esse de cernimus, Omnes autem religiosos, & ecclesiasticas, ac sæculares personas, qui contra præsentis declarationis, & sanctionis formam de cetero prædicare, seu disputare verbo vel scriptis ausi fuerint, excommunicationis lætæ sententiæ penam priuilegio quocumque non obstante incurrere volumus. Non obstantibus, &c. Datum Romæ in publica sessione in Lateranen. Sacrosancta Basilica solenniter celebrata anno incarnationis Dominicæ 1515. quarto nonas Maij Pont. nostri anno tertio.

Nauiar. in Manua. confess. cap. 17. nu. 213 & Ioan. Lup. in repeti. c. nauiganti, commentario. 3. §. 3. de vsuris. fol. 117 & alii hanc constitutionem declarât, & extat tractatus Card. Caiet de Monte Pietatis.

MVNERVM LARGITIO REGVLARIBVS VTRIVSQVE  
sexus interdicta.

PRÆTER Summistas sciendum est, quod extat Constitutio S. D. N. D. Clementis VIII. de largitione munerum vtriusque sexus regularibus interdicta publicata Romæ die 2. Iulij 1594. tenoris sequentis.

Religiosa Congregationes, ab insigni sanctitate viris Spiritus Sancti afflatu *Cōgru*  
instituta, tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulerunt, vt ad eas *it tit.*  
conseruandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri, magnâ *de sta-*  
iure optimo diligentiam semper adhibuerint. Nam cum ea sit rerum humana- *tu mo-*  
rum conditio, & natura, ut etiam quæ optime fundata, & constituta sunt partim *na seu*  
hominum imbecillitate, & ad malum procliuitate, & partim Dæmonis astutia, *regul.*  
paulatim deficient, ac nisi cura peruigili sustententur, in deterius prolabantur;  
Idcirco Summorum Pontificum vigilantia, magnopere laborauit, vt Regularium  
Ordinum disciplina, aut labefactata in pristinam restitueretur, aut salutaribus  
Constitutionibus communita, integra atque, incolumis permaneret. Quorum  
nos vestigijs pro eodem officii munere insistere, & Pastoralem illorum sollicitudinem  
(quantum) diuina adiutrice gratia, cupimus imitari. Quare ne ex muneribus, quæ a pluribus Religiosis vitæ professoribus, ex Christi patrimonio, quibusuis hominibus quauis ex causa sæpe tribuuntur graua incommoda, & mala, etiam boni specie exstant, præcauere studentes; hac nostra perpetuo valitura Constitutione vniuersis, & singulis cuiuscunque ordinis mendicantium, vel

vel non mendicantium bona immobilia, & reditus certos ex indulto Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cuiusvis Congregationis, Societatis, & instituti (non tamen Militiæ) Regularibus personis vtriuslibet sexus omnes, & quamcumque largitionem, & missionem numerum penitus interdiximus. Sub qua prohibitione comprehendendi volumus omnia, & singula Capitula Cōuentus, & Congregationis, tam singulorum Cōuentuum, monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriatum, domorum, & locorum, quam Prouincialia, aut Generalia cuiuslibet Prouinciæ, siue vniuersi Ordinis Societatis, aut instituti: eorumque vel earum Camerarios, Commissarios, & quoscunque Officiales, & singulares personas: Ipsos etiam Ordinum, Congregationum, & Societatum huiusmodi Superiores quascunque dignitates obtinentes, etiam generales, & Prouinciales, Magistros Ministros, & quocumque nomine Praefectos, nec non Cōuentuum monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriatum domorum, & locorum quorumcunque Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiam maiores Guardianos Ministros, Rectores, atque Abbatissas, & alio quouis titulo Praesidentes, tam ipsis Regularibus, quam Locorum Ordinariis, seu quibusvis Superioribus subiectas vtriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos: atque, ut nemo vnquam eorum, vel eatum directe, vel indirecte palam vel occulte, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quouis Statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptela, aut alio praetexto, vel quacunque causa nisi in Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione mature discussa vna nimirum cōsensu omnium Superiorumque permissa causa approbata fuerit quicquam tale attentare valeat.

Id autem ita absolute, & generatim veritum intelligatur, ut neque omnino fas sit, quicquam donare, tam ex fructibus, redditibus, & prouentibus, collectis, vel contributionibus, aut oblationibus, siue elemosynis, aut subsidiis certis, vel incertis ordinarijs, seu extraordinarijs, mensæ, seu massæ communis, vel cuiusvis Fabricæ, & Sacristiæ, quorum bona communiter, ut praefertur, administrantur, seu quæ rationibus reddendis sunt obnoxia, quam ex pecunijs, etiam, quæ a singulis quouis modo acquisitæ in commune conferendæ omnino sunt. Nec si per viam voluntariæ contributionis in commune congregentur. Nec si forsitan priuatim, & nominatim cuiuslibet Religiosi a suis Superioribus, vel a proprijs affinis, propinquis, familiaribus, amicis, aut beneuolis, vel a pijs Christi fidelibus, etiam elemosynæ, aut charitatis, & illius propriæ personæ intuitu attributæ, seu quoquomodo per quemlibet religiosum suo monasterio, Domui, aut Loco acquisitæ, eique, ut ad libitum de eis disponat per Superiores concessæ fuerint: Præterquam leuiora esculenta, aut peculenta seu ad deuotionem, vel Religionem pertinentia munuscula communi tantum, nunquam vero particulari nomine (vbi Superiori de consensu Cōuentus videbitur) tradenda.

Sed, & huiusmodi missiones munerum ipsis Religiosis vtriuslibet sexus non solum per seuerum etiam per alios, tam directe, quam indirecte prohibitas, declaramus.

Neque vero quispiam ab hac generali prohibitione se excusare ualeat, etiam si munera miserit, cuius personæ laicale, vel Ecclesiastica cuiuscumque status, gradus, dignitatis, ordinis, vel conditionis, & quouis non solum mundana, & Ducali, Regia, Imperiali, uerum etiam Ecclesiastica, & Pontificali, aut alia maiori, etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate fulgenti, etiam proprio loci ordinario, etiam ex causa, & occasione benedictionis, vel susceptionis habitus Regularis,

consu-

confura, aut Professionis monialium, tam sibi subditarum, quam non subditarum, aut ipsi etiam proprio ordinis, vel Congregationis Protectori, Viceprotectori, Generali, vel Prouinciali, aut cuiusvis Monasterii, Prioratus, domus, aut cuiuslibet alterius loci Regularis Superiori, aut alio quocunque officio, munere, aut dignitate fulgenti, vel cuicumque etiam simplici, & particulari Religioso, Ita vt inter ipsos quoque Religiosos ( ne praua ambitione impulsis pro consequendis in sua Religione gradibus, & dignitatibus alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur ) quacunque largitio, aut donatione munerum ( nisi rerum minimarum, de licentia expressa, & in scriptis Superiorum ) sit penitus interdicta.

Insuper prohibemus, ne vquam eisdem Regularibus liceat vllas pecunias quoquomodo erogare in alicuius etiam benefactoris, aut Protectoris, vel ordinarii honorem, etiam occasione transitus, vel primi ingressus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi testificationem, seu pro praedictis personis quauis auctoritate, vel dignitate fungentibus honorifice, laute, & opipare excipiendis, seu pro quibusvis conuiujs eisdem, aut cur uis alteri quacunque occasione, vel causa exhibendis, vel pro comestationibus, aut computationibus quibusvis personis, tam eiusdem Ordinis Congregationis, Monasterij, domus aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis spectaculis etiam p̄ intra Ecclesias, monasteria, & domos sacras, seu pias, vel extra eas, in quibusvis publicis aut priuatis sacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie gesta, etiam in memoriam Passionis Dominicae populis spectanda proponuntur, aut alias in praedictis, siue in quibusvis rebus superuacaneis ad pompam, & ostentationem, aut ad obiectionem, vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinentibus, Nisi re ipsa pro diuino cultu, & veris Christi pauperum indigentis, seruato in hoc charitatis Ordine, & habita necessitate ratione, de consilio, & consensu Superiorum subleuandis, aut alias in relicitis, & per Capitulum Generale, aut Prouinciale non prohibitis, vel taxam ibi forsitan praescriptam non excedentibus sumptus huiusmodi fiant.

Declarantes tamen per haec laudabilem, & Apostolica doctrina sacrisque Canonibus commendatam hospitalitatem praesertim erga pauperes, & peregrinos nequaquam imminui, aut prohiberi. Quinimmo si qui redditus ad id vel ex fundatione, vel ex institutis statutis, aut consuetudinibus aliquorum monasteriorum, ordinum, aut regularium huiusmodi locorum, aut ex testatorum, vel donantium voluntatibus siue alias applicati aut donati sunt eos omnino ( vt decet ) integre in vsus pios hospitalitatis huiusmodi erogandos esse; & praesertim in monasterijs, seu locis desertis, & ab laicorum aedibus longius remotis; vbi tamen pauperum & vere egenorum ratio in primis habeatur.

Si quos vero ditiores occasiones transitus, siue alias ex deuotionis, aut necessitatis causa eo diuertere contigerit, eos sane deceret Refectorio communi cum Religiosis, mensaque, & fculis communibus, nequaquam a ceteris distinctis contentos esse. Verum omnino ipsi Regulares in hospitibus huiusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, vt eis frugalitas, & paupertas religiosa prorsus eluceat.

Pari etiam ratione districte inhibemus, ne quispiam ex praedictis laicis alias, quam vt superius dictum est, vel Clericus secularis, vel regularis quocunque honore, praereminentia, nobilitate aut excellence etiam S. R. E. Cardinalatus dignitate, praeditus etiam Protector, Viceprotector, loci ordinarius, Praelatus Generalis.

Prouincialis aut monasterij, Domus vel loci cuiuslibet superior, eorumue affines propinqui, familiares, aut ministri vtriuslibet sexus, quicquam contra hanc superius expressam prohibitionem recipiant.

Quod si, vel ab aliquo particulari Religioso, vel a superiore quopiam Generali, Prouinciali, aut alio quocunque officio fungente, aut a Conuentu, Capitulo vel congregatione, siue ab vniuerso ordine, & Religione quicquam receperint; id quod acceperint suum non faciant. Verum ipso facto absque aliqua monitione, Iudicis decreto sententia, aut declaratione ad illius restitutionem omnino in vtroque foro teheantur: adeo vt restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientiae absolui possint.

Hanc autem restitutionem fieri volumus non priuatiu ei religioso, qui donauit sed ei Monasterio, Domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis datum est in quo idem Religiosus donas professionem emisit, vel si nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuersi ordinis, seu Religionis donatio facta exiterit, pariter comuni mensae, aut massae cuius nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur: ita vt nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel vt in pauperes erogat, concedere quoquo modo possit.

Quod si quis ex supradictis Regularibus vtriuslibet sexus cuiuscunq; gradus, ordinis, dignitatis, ac vbi libet locorum existentibus coniunctim, cum ceteris, seu diuisim nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum, iussuum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit: statuimus, vt omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs eo ipso priuatus, ac ad illa & alia similia, vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuo, & incapax, ac perpetua infamia & ignominia notatus existat. Et praeterea priuationem vocis actiuae, & passivae absque vlllo Superioris decreto, aut ministerio ipso facto incurrat, nec non vltra huiusmodi poenas, etiam tanquam contra furti, & simonia criminum reum, tam per viam denunciationis, accusationis, aut querelae, quam etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisq; supplicijs, affici debeat.

Poenas alijs a iure statutis, ac per alias Constitutiones Apostolicas, aut propria cuiusvis Ordinis Congregationis, monasterij, Domus, aut loci, statuta, vel consuetudines contra personas aliquid praemissorum committentes forsan decretis, & in scriptis, nihilominus in suo robore permanfuris.

Quocirca vniuersis, & singulis modernis, & pro tempore existentibus locorum ordinarijs, eorumque Vicarijs, & Officialibus, nec non quorumcunque Ordinum, Prioratum, Monasteriorum, & Domorum Superioribus, etiam Generalibus, seu Prouincialibus, ceterisque ad quos spectat, per Apostolica scripta mandamus; quatenus ipsi, & eorum singuli, quantum ad eos pertinet, curent omni studio, diligentia, auctoritate, & vigilantia praesentem Constitutionem firmiter, & inuiolate obseruari, & contra inobedientes, vel transgressores condignis poenis animaduerti. Eosdem inobedientes, nec non contradictores quoslibet, & rebelles per opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis dictorumque Monasteriorum, Prioratum, Domorum, Locorum, nec non Ordinum,  
Congie-

Congregationum, Collegiorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis quorumcunque tenorem existant, per quæ presentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus presentis nostræ constitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Quæ omnia quatenus præmissis in aliquo aduersentur, prorsus tollimus, & abrogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem, vt præsentis literæ in valuis S. Ioan. Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in Acie campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimissis. Quodque earum exempla, seu illorum compendia in libris quorumcunque Statutorum prædictorum Monasteriorum, Prioratum, Collegiorum, Domorum, Ordinum, & Congregationum (quo ad Moniales, in vernaculum, & vulgarem cuiusque Religionis sermonem) versa) & a loci ordinario, qui id quam primum fieri curet, subscripta inserantur, & saltem quotannis in Capitulis, siue Congregationibus cuiusque earum alta, & intelligibili voce legantur. Et nihilominus post sexaginta dies a die publicationis (vt præfertur) in Romana Curia facienda vnumquemque citra Montes, vltra Montes vero post quatuor menses, perinde ardeat, & afficiat, ac si cuique personaliter intimata, & per eos iurata fuissent.

Quoque, eorum transumptis etiã impressis manu Notarij publici subscriptis & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ ob signatis eadem prorsus in iudicio, & extra illud vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum interdicti, prohibitionis, declarationis, inhibitionis, statuti, mandati, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attetare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ in Monte Quirinali. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo, quingentesimo nonagesimo quarto, Tertio decimo Kal. Iulij Pontificatus Nostri Anno Tertio, pro declaratione eius constitutionis vide Solum in Compendio priuilegiorum Mendicantium in verbo Dare.

## INDULGENTIAE.

**P**RÆTER Summistas sciendum est quod vltra dispositas per sacros canones, & decreta Concilij Trid. sess. 15. in fine in decreto de indulgentijs, & sess. 21. c. finali extat Constitutio Pij V. Reuocatoria indulgentiarum pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendæ tenoris sequentis.

Bulla S. D. N. D. Pij Diuina prouidentia Papæ V. Reuocatoria omnium Indulgentiarum, etiam perpetuarum, pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendæ, & quæ quæstuari facultatem quomodolibet continent.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam Rei memoriam.

**E**TSI Dominici gregis Saluti semper iatenti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne cōcedere Nos, & Prædecessores nostris studuerint, per quæ

Gg 2 pecca-

peccatorum mole deposita salus ipsis succedat, & hostis humani generis seruitute ereptas animas lucri faciant Altissimo, qui eas nobis sua bonitate commisit. id tamen propensiori studio nos praecauendum esse censemus, ne cuiusvis Indulgentiae, remissionis, vel facultatis obiectu, Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniae eis peccandi tribuit incrementum, & exinde Clauum auctoritas reducatur in contemptum, & Christi fideles quam plurimum scandalizetur. Sane cum ad auditum nostrum ex diuersis Mundi partibus quam plurimae querelae perlatae fuerint, quo vigore diuersarum indulgentiarum, & facultatum per praedecessores nostros, ac etiam nos, vel auctoritate nostra tam fabricae nostrae Basilicae Principis Apostolorum, & Ecclesiae S. Ioannis Lateranensis de Vrbe, ipsiusque Ecclesiae, Nec non S. Ioannis, & S. Lazari Hierosolymitani ac S. Spiritus in Saxia, & S. Ioannis Lateranensis, ac S. Iacobi, incurabilium de eadem Vrbe, Nec non S. Elmi, & S. Bouis, ac S. Gotardi, & S. Leugizoni, nec non S. Nicolai, & S. Bernardi Montis Ioui, nec non S. Leonardi, ac S. Marthae nec non Sanctiss. Crucifixi Syracusanensis, ac S. Mariae de Monteferato, hospitalibus, ac etiam S. Sebastiani prope, & extra muros dictae Urbis, Nec non S. Antonij de S. Antonio Vienens. dice, & redemptionis captiuorum Nuper Neapoli instituto monasterijs, illorumque ac diuersis alijs ecclesijs, Monasterijs Hospitalibus, Militijs, confraternitatibus, societatibus, & pijs locis, concessarum multi quaestores ex eisdem indulgentijs; Lucrum tempore tantum quaerentes nominibus fabricae, Ecclesiarum, hospitalium, monasteriorum, militarum, confraternitatum, societatum, & piorum locorum praedictorum in diuersis Ciuitatibus & dice, quaestus facere, confratres describere, cappellas, & oratoria erigere, illisque erectis Indulgentias huiusmodi communicare, & in diuersis gradibus a iure prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum praedictarum licitum sit, ipsique lucro intenti, pecuniasque potius, quam Christi fidelium salutem quaerentes, ac eisdem indulgentijs sic abutentes, quaestum ex illis particularem facere conantur, varijsque, & diuersos quaestores commissarios, procuratores, receptores, thesaurarios, factores, nuncios, & alios ministros, constituere qui non solum supradicta, sed etiam plura alia eis nunquam concessa facere, & concedere; Nec non locorum ordinarios illorumque in spiritualibus Vicarios generales, & officiales, ac ministros, ecclesiarumque, & ordinum praelatos, superiores, & personas quaestus huiusmodi impediens censuris ecclesiasticis; in nodare & alias in pluribus grauius excedentes in diuinae maiestatis offensam, ac suarum, & Christi fidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium scandalum, praesumunt, Nos qui Deo propitio Gregis Dominici, meritis licet insufficientibus, Curam gerimus, & illum spiritualis Thesauri largitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabilem, ex praemissis, & alijs rationalibus causis animum nostrum mouentibus, felicis recordationis Calixti, Quarti Clementis VII. Pauli III. Iulij similiter, III. & diuersorum aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum vestigijs inhaerentes, motu proprio non alicuius nobis super oblatae petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnes, & singulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones fabricae, & ecclesiae huiusmodi, nec non S. Ioannis Hierosolymit. etiam pro constructione, & adificatione illius nouae Ciuitatis praedictae in quibusuis alijs hospitalibus, monasterijs, ecclesijs, domibus, militijs, ordinibus, etiam mendicantium Congregationibus, confraternitatibus, & vniuersitatibus, & pijs locis, illorumque ordinibus, capitulis, conuentibus, magistris, superioribus, &

tam.

tam secularibus, quam quorumuis etiam mendicantium ordinum Regularibus personis tam singulariter, quam vniuersaliter per quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusuis etiam urgentissimis causis, etiam causa redemptionis captiuorum, & alias quomodolibet concessis, pro quibus consequendis manus sunt porrigenda, adiutrices, & quae quaerendi facultatem quomodolibet continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta praesentibus pro expressis habentes auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacamus. Et in super perpetuo hac nostra valitura constitutione decernimus, quod ex nunc de cetero sub indignationis nostrae poena praetextu indulgentiarum, & facultatum per quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros, ac nos & Sedem Apostolicam, etiam motu, simili, ac Sedis Apostolicae legatos, & alias quomodolibet concessarum, & quas a nobis & sede praedicta in posterum verbo, literis, aut quauis alia scriptura, etiam manu nostra signata; etiam cum clausula quod sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, aut cruciatae sanctae, vel cuiuscunque alterius pie causa, etiam priuilegiatae concedi quomodolibet contigerit, nullus quauis etiam episcopali, archiepiscopali, & patriarchali, aut maiori dignitate, etiam cardinalatus honore, seu etiam regali, vel temporali excellentia praefulgeat, audeat, vel praesumat quaerere facere, aut nuncios, quaeritores, commissarios thesaurarios, receptores pro illis recipiendis in dictis hospitalibus, Ecclesijs, domibus, monasterijs, militijs, & alijs supra nominatis, vel pro eis aut illorum nominibus alibi constituere, & deputare, nisi ex speciali licentia, & ex certa scientia nostris, & Romani Pontificis pro tempore existentis de qua per literas nostras, & eisdem Romani Pontificis pro tempore existentis, locorum ordinarijs, vel eorum in spiritualibus, vicarijs, seu officialibus derogationem praesentis nostrae constitutionis illius tenore de verbo ad verbum inserto expressis continentes, nos enim ex nunc irritum decernimus, & maneat quicquid fecus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, constare debeat. Mandantes in virtute sanctae obedientiae omnibus, & singulis venerabilibus fratribus nostris patriarchis primatibus, archiepiscopis, & Episcopis, quatenus, in ciuitatibus & diocesis suis praesentes nostras literas publicare, & obseruare debeant, rogantesque omnes, & singulos principes seculares, & alios dominos magistratus temporales, eisque per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum suorum iniungentes, Quatenus in praemissis eiusdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum auxilium, & fauorem, praestet cum auxilio brachij secularis. Non obstantibus praemissis, ac quibusuis Apostolicis. Nec non in Prouincialibus, & Synodalibus concilijs editis Generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & ordinationibus, nec non fabricae Ecclesiae Hospitalium, Monasteriorum, Militiarum confraternitatum, ordinum, Capitulorum, conuentuum aliorumque locorum praedictorum, & quorumuis illorum membrorum, ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, vsibus & nativis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis illis & praesertim Sancti Iohannis, & Sancti Lazari, ac Sancti Spiritus in Saxia Hospitalibus. Nec non Sancti Antonii, de Sancto Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi motis Iouii monasterijs, ipsorumque monasteriorum, Hospitalibus singulorumque eorum



conuentibus, superioribus, & personis praefatis per quoscunque Roman, Pontifices praedecessores, ac Nos, & Sedem Apostolicam sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & in solitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam motu simili, & ex certa scientia, ac quauis etiam Imperiali, vel Regali Consideratione, vel instantia, & alias quomodolibet concessi, approbati, & innouati, quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illius eorumque totis tenoribus specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus emisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus specialiter, & expresse derogamus, & sufficienter derogatum esse volumus, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod praesentes literae in cancellaria nostra Apostolica & Aعية Campi Florae de more publicentur & in Constitutione Perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret, easdem praesentes ad singula quaeque loca deferri volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii subscriptis, ac alicuius sigillo Praelati munitis eadem prorsus fides adhiberetur. Quae adhibeatur si originaliter forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae reuocationis, cassationis, irritationis, annulationis, decreti, mandati, iniunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel ea ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Roma apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo, sexagesimo sexto. Sexto idus Februarii, Pontificatus Nostri Anno secundo.

Ca. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Casarem Secretarium.

Anno a natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, in dictione decima. Die vero Decima septima mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pii Papae V. Anno secundo, retrospectae litterae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt ad valuas Cancellariae Apostolicae, & aعية Campi Florae Per nos Antonium Clerici, & Ioannem Andream Rogerium Praefati. S. D. N. Papae cursores.

Scipio de Octauianis Magister cursores.

De reuocatione indulgentiarum confraternitatum, & illarum aggregationis forma vide clem. 8. & Pauli V. supra in uerbo confraternitates. De reuocatione & noua concessione indulgentiarum extat sequens constitutio Pauli Papae V. ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex. &c.

Paulus.

Paulus Papa Quintus ad perpetuam rei memoriam.

**R**omanus Pontifex in Beati Petri Sede constitutus, cui inter alia celestis Indulgentiarum thesauri dispensandi cura incumbit, solícite prospicere debet ac solerter, ut huiusmodi Indulgentiarum dispensatio, & usus ad Dei gloriam, & animarum salutem præcipue dirigatur, & ne ex illarum multiplicitate confusio, aut inanis interpretatio exoritur. Proinde cum fe:re: Clemens Papa viij. Prædecessor noster magna cum diligentia, & solícitudine procurauerit abusus, & corruptelas, tum in communicando Indulgentiarum thesauros, tum in modo illo recipiendi irreptos tollere, & propterea sua quadam Constitutione formam aggregandi, instituendi, & recte administrandi Societates, & Confraternitates præscripserit, licet morte præuentus hanc piam eius voluntatem ad finalem executionem deducere, neque etiam, ut cogitauerat, circa Indulgentias a plerisque Romanis Pontificibus Prædecessoribus, Religionibus, & Ordinibus Monasticis, & Medicantibus diuersis temporibus concessas aliquid deliberare potuerit. Nos, qui nullis nostris meritis, sed sola Dei benignitate ad summi Apostolatus officium vocati sumus, susceptum a tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, ubi primum Catholicæ Ecclesiæ regimen suscepimus, Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus ad hoc opus a dicto Clemente Prædecessore deputatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis Prædecessoris eramus, iniunximus, ut in illo opere ad vltiora progredierentur, & Indulgentias Regularibus concessas recognoscerent, iisque recognitis tem nobiscum communicarent. Cum itaque præfati Cardinales priuilegia, concessiones, & gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus concessa diligenter inspexerint, & examinauerint, ac eorundem Ordinum Superiores, & Officiales pluries audiuerint, ac circa easdem Indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confusiones adesse cõpererint, & ex iudicio eorundem etiam Regulariũ, vel aliquorum ex illis nobis proposuerint valde expedire, pro eorum maiori securitate, & beneficio, ut indulgentias ipsis Religionibus, & Ordinibus ad instar, vel per communicationẽ, aut alio modo hætenus cõcessas annullaremus, & reuocaremus, ac alias particulares illis concederemus. Nos matura super hoc consultatione præhabita, cupientes personis Regularibus quibuscunq; quorũuis Ordinũ, tam Monasticorũ, quã Medicantium spirituale solatium, & iuuamen asserre, infra scriptas Indulgentias, quas personis Regularibus intra claustra, aut extra, cum licentia tamen suorum Superiorum legitima de causa illis concessa de gentibus tantummodo suffragari debere declaramus, concedendas duximus. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui canonicè, & iuxta ordines cuiuslibet Religionis, & Constitutiones Apostolicas habitum regularem a legitimis Superioribus causa profitendi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem, si vere penitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenariam; Ac cuiuslibet Nocturno, qui penitens, & confessus, ac Sacra Communione refectus post completũ probationis annum professionem emisit, etiam Plenariam; Nec non cuiuslibet Religioso intra claustra sui Monasterii viuente, qui in festo principali sui Ordinis cõfessus, & sacra Cõmunione refectus fuerit, aut Missam recitans pro Christianorũ Principum recordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deũ preces effuderint, etiam Plenariam;

In cuiuslibet vero mortis articulo, si pariter vere poenitens, & confessus, ac sacra Communionem refectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contitus nomen Iesu ore, si potuerit, sin autem corde, deuote inuocauerit, etiam Plenaria. Qui vero ad presbyteratus ordinem canonice promotus, & confessus primam Missam celebrabit; nec non etiam ijs Religiosis qui pariter confessi, ac sacra Communionem refecti eidem Missae interfuerint, aut ipso die Missam similiter celebrabunt, etiam Plenariam; Iis vero qui de suorum Superiorum licentia a negotijs per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorum conuersatione separati in piorum librorum, & aliarum rerum spiritualium animos ad deuotionem, & spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint, addendo saepe considerationes, & meditationes mysteriorum fidei Catholicae, diuinorum beneficiorum, quatuor Nouissimorum, Passionis Domini nostri Iesu Christi, & aliorum exercitiorum, orationum iaculatoriarum, aut vocalium saltem per duas horas in diem, & noctem orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore confessionem generalem, aut annualem, vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumperint, aut Missam celebrauerint, quoties pro quolibet praedictorum exercitiorum Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea iudem Religiosi intra claustra uiuentes; qui suam Ecclesiam deuote uisitantur, & ut praefertur orauerint, consequantur easdem Indulgentias, quas uisitantes Ecclesias Urbis, & extra eam diebus Stationum consequuntur, in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter uisitent. Omnibus item Religiosis intra claustra ut supra uiuentibus, qui quinquies Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiae in quolibet die quinque Annos, & totidem quadragenas; iis uero qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes, aut extra claustra degentes, tanquam Praedicatorum, & Lectores quinquies eandem orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annos, & totidem quadragenas: Nec non etiam eisdem Religiosis, qui per mensem integrum singulis diebus spacio mediae horae orationem mentalem fecerint, ac confessi, & sacra Communionem ultima Dominica mensis huiusmodi refecti fuerint, sexaginta annos, & totidem quadragenas: Qui uero contrito corde, & poenitentes eorum culpas, & peccata, ac imperfectiones in Capitulis Culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidem quadragenas. Quotiescunquo autem de licentia Summi Pontificis, aut suorum Superiorum in Ditiones, & Terras infidelium, aut haereticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel infideles, & haereticos ipsos ad fidem Catholicam conuertendum, & Ecclesiae gremio reducendum missi fuerint, si poenitentes, & confessi, ac Sanctissima Communionem refecti fuerint, vel Missam celebrauerint, ut melius ad huiusmodi opus sese parare valeant, pro duabus vicibus, uidelicet quando itineri se accingent, & quando in prouinciam, ubi praedicta opera eis exercenda erunt, ingressi fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur. Et insuper cum Superior in uisitationibus generalibus orationes quadraginta horarum pro bono uisitationis progressus collocare uoluerit, ijs Religiosis, qui dictis orationibus saltem spacio duarum horarum in diuerso tempore interfuerint.

rint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haresum extirpatione, Romani Pontificis, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, nec non disciplina, & obseruantia regularis augmento pias ad Deum preces, vt supra dictum est, ef-  
 fuderint, si confessi, & Sacra Communione refecti fuerint, aut Missam celebra-  
 uerint, Plenariam similiter omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem  
 vt præfertur, concedimus. Volumus autem, vt omnes supradictæ Indulgentiæ,  
 & gratiæ Religiosis regularibus cuiusvis Ordinis, tam Monastici, quam Mendi-  
 cantis duntaxat, vt præfertur concessæ, etiam omnibus Monialibus cuiusvis re-  
 gule approbatæ, & intra claustra cum tribus votis solennibus viuentibus, & per-  
 petuam claustram seruantibus tam Ordinarijs Locorum, quam etiam regulari-  
 bus cuiuscunque Ordinis, regula, & instituti subiectis suffragentur. Præsentibus  
 perpetuis futuris temporibus duraturis. Ceterum omnes, & singulas Indul-  
 gentias quibuscunque Ordinibus, & Institutis regularibus huiusmodi, etiam  
 Mendicantibus, & quibuslibet personis regularibus, tam vigore priuilegiorum,  
 & literarum Apostolicarum, quam viua vocis oraculo, aut alias quouis modo  
 per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Aposto-  
 licam Sedem hætenus concessas, & confirmatas, approbatas, & innouatas, au-  
 thoritate, & tenore prædictis perpetuo reuocamus, cassamus, annullamus, & ab-  
 rogamus, & ad præsentium nostrarum literarum præscriptum reducimus, & mo-  
 deramus. Non obstant quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostoli-  
 cis, ac eorundem Ordinum, & Institutorum Regularium, etiam iuramento con-  
 firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetu-  
 dinibus priuilegiis, quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam Mare magnum,  
 & Bulla aurea nuncupata eisdem Ordinibus, & Institutis, eorumque Monaste-  
 rijs, Conuentibus, Collegijs, Domibus, Superioribus, & personis in contrarium  
 præmissorū quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omni-  
 bus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque  
 totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem  
 per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio ha-  
 benda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis, & ad verbum, in fer-  
 ris habentes, illis alias in suo robore permaneris, hac vice duntaxat specialiter,  
 & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, vt  
 præsentium transumptis, et impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis,  
 & sigillo alicui personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē fides  
 habeatur vbiq; quæ præsentibus ipsis originalibus literis haberetur. Dat. Ro-  
 mæ apud Sanctum Petrum Annulo Piscatoris, die xxiii, Maii M. DC. VI, Ponti-  
 ficatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

Romæ, ex Typographia Reu. Camera Apostolicæ. M. DC. VI.

S. D. N. D. SIXTI PPAE. V.

*Bulla Elargitionis Indulgentiarum, & applicationum, ijs qui Christianorum, qui inseruntur, Imperatorum numismata deuoto animi affectu penes se tenuerint, aut alijs fidelibus accomodauerint, vel tandem Ecclesias, in quibus ea fuerint asseruata, uisitaauerint.*

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

**L**AVDEMVS viros gloriosos, Christianos praesertim Imperatores, in ijs que pro Christiana religione tuenda, & propaganda, pie, ac praeclare gesserunt, cum pietatis zelo, virtutis magnitudine, & Imperij maiestate vere Augusti, eiusdem religionis, quam omnibus gentibus, omnibusque nationibus, Deus voluit Apostolicis vocibus praedicari, cultum totis in Christo visceribus amplexi, usque adeo suis quisque temporibus de hac Sacrosancta Sede, cui, auctore Domino, licet immeriti praesidemus, egregie promereri studuerunt, ut vera, & orthodoxa fides, ex Apostolico hoc fonte dimanans, tunc eorum ope, & patrocinio munita propulsatis hostium oppugnationibus, toto terrarum orbe diffusa floreret, omnisque lingua confiteretur, quoniam Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, eorum sane ipsorum, quos constituit Dominus propugnatores, & defensores Ecclesiae suae Illustria pie recteque factorum exempla, ad omnem gloriam insignia, imitationisque studio dignissima, ac merita praeclara, cum semper pro grati in eos animi testatione, & officio commemorare debemus; tum hoc potissimum tempore, quo nobis eorum memoria renouandi mirifica diuinitus oblata est occasio, id impensius faciendum arbitramur. Nam cum ab ipso nostri Pontificatus initio, ad exornandam nouis aedificijs Lateranensem praecipue Basilicam, nullis parcentes impensis, animum adiecissemus, effectum est, non obscura diuinæ voluntatis significatione, ut demoliendis quibusdam Aulae Lateranensis peruetustis, ac pene collabentibus parietibus, complura antiqua diuersis in locis recondita numismata, ex auro purissimo obryzo confecta inuenirentur, in quibus ex vna parte salutiferae Crucis signum, aut imago aliqua eadem Cruce insignita cernitur; ex altera vero vultus effigiesque expressae sunt diuersorum veterum, qui ante annos circiter mille floruerunt, Augustorum Imperatorum, nimirum Theodosij Senioris, duorum filiorum eius Arcadii, & Honorii, nec non Theodosij Junioris, Valentiniani Tertii, Marciani, Leonis, Iustini, Iustiniani, Tyberii, Mauriti, Phocæ, & Heraclij: qui etsi longo locorum intervallo disiuncti, Urbem Romanam, ne fortasse quidem omnes unquam viderint, Magni tamen Constantinii piissimi Imperatoris exemplo, & munificentia excitati, ad declarandum pietatis suae studium erga gloriosos Apostolorum Principes, & fortissimos Christi Martyres, quorum innumerabilis multitudo in hac Sancta Ciuitate requiescit, & quorum praesenti ope, & auxilio, domi forisque votis susceptis, saepe-

numero

numero Republicam fortiter, & feliciter administrauerat, & clarissimas de ho-  
ribus victorias reportauerant, huius Almæ Vrbis sacras Basilicas, atque hanc in  
primis Sacrosanctam Lateranensem donariis, & oblationibus quamplurimis,  
Augustali pietate, & magnificentia dignis, cumularunt, diuersisque aut nouis,  
adificiorum extructionibus, aut veterum instaurationibus, pro temporum varie-  
tate, orparunt. Quod cum alia multa antiquitatis monumenta, tum vel hæc ipsa  
nuper reperta aurea tot in clytorum Imperatorum numismata testantur; religio-  
so plane consilio, & occulto quodam Dei instinctu in his aedificiis reposita, vt  
post multa sæcula, aliquando tandem patefacta, in lucemque prolata, eorundem  
Imperatorum singularem religionem, & perpetuam erga Sanctam Romanam  
Ecclesiam deuotionem, insigni apud posteros testimonia comprobarent. Qua in  
re diuinam prouidentiam agnoscimus, suspicimus, atque admiramur, quod cala-  
mitoso hoc tempore, cum tam multi Crucis Christi Domini hostes Catholicæ fi-  
dei veritatem impuissime oppugnant, prædictorum Imperatorum effigies in ipsa  
Lateranensi Basilica, vbi primus idem Magnus Constantinus Augustus sacri  
Baptismi laucto emundatus est, simul reperiri voluerit, quæ summam eorū erga  
inuisissimam Crucem, pietatem, & eximiam religionem aperte palamque profite-  
rentur.

Theodosij igitur Senioris Imperatoris religiosissimi memoria in benedictione  
sit, qui se Nicænæ fidei defensorem accertimum præstitit, qui lege edita, eam se tā-  
tum fidem sequi, quam a Beatissimo Apostolo Petro Romanis traditam Dama-  
sus Pontifex docebat, apud cunctos populos publice testificatus est; qui in Eccle-  
siæ cultu ac veneratione, disciplinam imitatione dignam, non solum legibus edi-  
ctisque professus est, sed etiam munifice coluit: qui denique ob grauem Thessalo-  
nicenarum eadem a Sancto Ambrosio Episcopo publice correptus, & ab ingres-  
su Ecclesiæ repulsus, insigni Christianæ humilitatis exemplo, reuerēter abstinuit,  
& impolitam ab eodem Ambrosio penitentiam humiliter suscepit, libentique a-  
nimo adimpleuit: quo obedientiæ, & penitentia exemplo, is qui claustra Imperii  
Christi Domini sic validis præsidis ante munerat, non solum Republicæ ho-  
stes summouit, verum etiam Christiani nominis gloriam feliciter adauxit.

Sed, & duorum filiorum eius Athadij, & Honorij nomen cum benedictione  
meminisse libet, qui pietatis ac disciplinæ præceptis, institutisque a Sancto Arse-  
nio Romana Ecclesiæ Diacono instructi, vt Christianam religionem propaga-  
rent, vbi que terrarum simulacra idolorum confringi, earumque templa dirui, le-  
gibus sanxerunt. Catholicæ porro fidei integritatem constantissime retinentes,  
hæreticos omnes Imperii viribus coercuerunt: quod communes ab eis promulga-  
tæ leges adhuc ostendunt.

Illud autem proprium Honorij Occidentale Imperium regentis, quod Basili-  
cam Sancti Pauli a Valentiniano Iuniore amplificari cœptam, omnibus parti-  
bus absoluit, atque exornari curauit, quodque Beato Augustino firmissime Eccle-  
siæ columnæ, in comprimendis, & propulsandis Africanis hæreticis, magno adiu-  
mento fuit.

Id quoque laudi potissimum Arcadio tribuitur, quod cum eius militibus con-  
tra Persas bene pugnantibus, Cruces aereæ in vestibus apparuissent; vt victoria  
diuinitus patæ monumentum vbi que extaret, is auream monetam cum eodem  
Crucis signo fieri voluit.

Atque Theodotio quidem Iuniore, Arcadij filio, in Oriente, & Valentiniano  
Tertio, eorundem Arcadij, & Honorij sororis filio, in Occidente Imperij guber-  
nacula

naacula tenentibus, sancta tertia vniuersalis Ephesina Synodus contra impiū Nestorium, ex beatissimi Caelestini Romani Pontificis auctoritate, indicta, & celebrata est: quo tempore amborum Imperatorum pietas, in fouenda, tuendaque eadem Synodo, & Ecclesiae pace per Sanctorum Petrum definitionem procuranda magno pere eluxit.

Valentinianus autem beatæ memoriæ Sixti Tertij Pontificis hortatu, ipsius Basilica Lateranensis fastigium argenteum a barbaris ereptū, magna in id opus erogata pecunia, refecit, ac Sancti Leonis Pontificis cultor eximius, vbertimum suæ pietatis fructum tulit; cum eius etiam precibus, idem beatissimus Pontifex, immanissimum Atilam, Flagellum Dei vocatum, diuina sua eloquentia atque auctoritate placauit ac deterruit, horribilem que tempestatem iam imminentem, ab ipsa Roma, atque a tota Italia auertit.

Marcianus vero, simulatque ad Imperium euectus est, ad eūdem Sanctissimū Pontificem Leonem literas dedit, pietatis, & ergo Apostolicam Sedem obseruantia plenas. Quare Apostolica auctoritate, & Catholici Imperatoris adiumento, magnum illud sexcentorum triginta Episcoporum Calcedonense Conciliū aduersus Eutychem, & Dioscorum, coactum est, in quo Marcianus ipse insigni ergo nouus Constantinus est appellatus.

At Leo Cæsar, Dei spiritu, & crebris Sancti Leonis Papæ epistolis roboratus, nullis se hæreticorum machinis passus est a Catholica fidei constantia, & Chalcedonensis Synodi propugnatione dimoueri.

Nec verbo prætereundus nobis est vere pius, & Catholicus Imperator Senior Iustinus, qui Sanctum Germanum Capuanum Episcopum, Sanctissimi Hormisdæ Papæ Legatum, tanquam Angelum Domini, summo cum honore excepit; cuius Imperatoris pietas hoc quoque promeruit, vt beatum Ioannem summum Pontificem, Constantinopolim ad se venientem videret, admirabili sanctitate vitū, & postea martyris gloriam illustrem, ad cuius ille pedes, Christum in eo agnoscens, procubuit, Deo clarissimum illum congressum insigni miraculo comprobante, cum in ipso aditu portæ aureæ, cæco supplicanti ab eodem Summo Pontifice lumen est restitutum.

Magnis etiam laudibus efferendus est Iustinianus ille, qui tot rebus fortiter, sapienterque gestis, Magnus merito est appellatus; sed profecto sui ipsius victoria & erga Apostolicam Sedem obedientia multo maior: nam cum zelo Catholicae Religionis, confessionem veræ ac orthodoxæ fidei, quæ in Sancta Dei Ecclesia prædicatur, & simul hæresum damnationem, de Catholicorum Episcoporum consensu, proposito edicto, fecisset omnibus manifestam; ac deinde per suas litteras, & Legatos, reddens Apostolicæ Sedi, & Sancto Ioanni Papæ Secundo debitum honorem, & reuerentiam, pro singulari studio quod gerebat de vnitatem omnium, præsertim Orientalis tractus Ecclesiarum, illarumque Sacerdotem, cum ipso ac eius Sede, tanquam earum capite, seruanda atque custodienda, etiā suæ fidei confessiones, ac illud ipsum edictum transmisisset, humiliterque postulasset, suis illis litteris, & Apostolicæ Sedis iudicio comprobari; atque ipsis quoque diebus B. Petro Principi Apostolorum pretiosa munera obtulisset; idem Sanctus Pontifex, & dignis eum laudū præconis extulit, & quæ in ipso edicto continebantur, veluti Apostolica doctrinæ cōsentanea, suo iudicio atque auctoritate confirmari. Cū que postmodū ipse Iustinianus Imperator a Theodora cōiuge deprauatus, a Beato Agapito Pontifice vehementius cōtenderet, vt Anchymum hæreticū Patriarcham ad communionem admitteret, eiusque electionem cōfirmaret, eoque con-

stantiss-

sanctissime recusare minas precibus admiseret, Sanctus Pontifex zelo fidei incensus, exclamauit: Ego ad Iustinianum Imperatorem Christianissimum venire desiderauit, sed Diocletianum inuenit; qua inuicti animi constantia permotus Imperator, ac tandem erroris caligine deteresa, ad veritatis lucem emergens, seipsum totum ad parentis in Christo optimi voluntatem conformauit, hominemque hæreticorum loco deijci, & Catholicum Episcopum Mennam ab eodem Sancto Pontifice consecrari, non solum patienter, sed etiam libenter tulit; præclara Christianis Principibus exemplo relicto, ut paternas Christi Vicarij admonitiones, & oburgationes æquissimo animo ferrent, memores verbi Domini: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit.

Iam vero Tyberij Constantini nomen cum laude commemorandum est, quæ Urbis Romæ conseruatore appellare licet, quod eam a Longobardis grauissima oblidione oppressam, magnaque rei frumentariæ angustia laborantem, larga frumenti copia ex Aegypto transmissa, a famis simul, & oblidionis calamitate paternis sanctæ memoriæ Benedicti Primi Summi Pontificis cohortationibus liberauerit. Hic cum Sanctum Gregorium Magnum adhuc Diaconum disputantem audisset, Eutychnj Patriarchæ, veram tractabilemque corporum resurrectionem negantis, librum statim comburendum in ignem iniicit. Idem Sanctæ Crucis signum ita coluit, ut aliquando, cum humi eam in lapide sculptam uideret, statim tolli, & decenti loco collocari iusserit; ut iam minus mirandum sit, quod Magnus Crucis cultor, Crucis imaginem in aureis nummis, eleganter, ut uideamus, curauerit exprimendam.

Commemorandus est etiam iure optimo Mauritius uir fortissimus, cuius filium idem Gregorius, cum adhuc Diaconus Constantinopoli Apostolicum Legatum ageret, ex Sacto Baptismi fonte leuauit; postea uero Pontifex factus, eodem Mauritio locupletissimum pietatis testimonium præbet, dum illum in suis epistolis hominem multarum lachrymarum, orationum, ieiuniorum, & elemosynarum fuisse commemorat: certe de Apostolica Sede, & uniuersa Italia egregie est meritis, quod exercitu comparato, Ducibus in Italiam missis, Francorum auxilijs aduocatis, omni denique diligentia adhita, Longobardorum furorem non medioeriter represserit.

Nec minori dignus est præconio Phocas Imperator, qui cum de more conare se Catholicæ religionis defensorem perpetuum futurum, Sanctissimo iureiurando obstrinxit, & summam ab ipso Christo Domino Romana Ecclesiæ traditam auctoritatem, & potestatem præclate intelligens, publice edixit, ut eandem Sanctam Romanam Ecclesiam, tanquam omnium Ecclesiarum primam, atque caput omnes, & agnoscerent, & profiterentur.

Hanc autem clarissimum eorum merito claudi Heraclius Augustus, nouissimus eorum, quos supra enumerauimus, qui Sacrosanctam Crucem illam ipsam, in qua uitæ auctor pependerat, & mortem moriendo superauerat, decimo quarto non postquam uenerat in potestatem Persarum, felicissime recepit; eamque suis humeris, abiecto Imperatorio amictu, calceisque detractis, in ipsum Caluarie Monte, in Passionis Christi memoriam, magna cum humilitate reportauit.

Nos igitur aliquam augustissimæ eorundem Imperatorum memoriæ gratiam non immerito referre cupientes, Charissimis in Christo filijs nostris Romanorum Imperatori electo, ac Regibus, & dilectis filiis nobilibus uiri Principibus, quos in uisceribus Christi gerimus, quædam ex supradictis aureis numismatibus, singulare paterni nostri amoris erga ipsos pignus misimus, ut ad similitudinem virtutis, &

Religio-



Religionis laudem excitentur, & se Ecclesiae Romanae filios, Catholicorum Praecipuum successores, & Crucis Christi defensores esse crebrius reminiscantur; veteres in hoc quidem Sanctos Pontifices praedecessores nostros, praesertim eundem Beatum Gregorium Papam imitati, qui Regibus, & Principibus, ac primariis viris, aureas Cruces, & clauas paruulas, quae clauas Beati Petri dicebantur, mittere consueuerant quaeque collo appensa, & Religiose gestatae miraculis coruscabant; quaedam vero alia ex eisdem numismatibus dedimus Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, reliqua vero eodem modo pijs, & praestantibus viris iam distribuimus.

Vt autem ab omnibus & singulis Christi fidelibus, quibus a nobis tradita iam sunt, deuotius, ac Religiosius, & cum spirituali animarum fructu gestentur, decernimus, ad Sanctissimae Crucis honorem, & gloriosam memoriam Imperatorum, eadem numismata, praecipuis gratijs, & Indulgentijs amplissimis, ex nostra Apostolica benignitate insignite.

Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi: uniuersis, & singulis Christi fidelibus utriusque sexus, quodcumque ex his numismatibus penes se gestantibus, quoties eorum aliquis ante salutiferam Crucis signum, aut sacram aliquam imaginem pertransiens, aperto capite venerationem tribuerit, aut genu flexerit, orationem Dominicam vel Salutationem Angelicam pronuntiando, toties ei centum annos, & totidem quadragenas.

Singulis autem diebus, si ter orationem Dominicam, Salutationemque Angelicam, aut semel psalmum Miserere mei Deus, seu, De profundis clamaui, deuote recitauerit, annos ducentos, ac etiam totidem quadragenas.

Item quoties ad Deum mentem eleuauerit, illiusque diuinam opem implorauerit, etiam dacentos annos, & quadragenas.

Si vero quocumque Dominico, aut festo die, coronam beatissimae semper Virginis Dei genitricis Mariae, etiam pia deuotione recitauerit, annos trecentos, & totidem quadragenas.

Ac si conscientiam suam mane aut Vesperis, cum emendationis proposito examinauerit, ac de male ante acta vita, veniam suppliciter a Deo misericordiarum patre postulauerit, similiter trecentos annos, & totidem quadragenas de sibi iniunctis, vel alias quomodolibet per eum debitis praegaitentis, misericorditer in Domino relaxamus.

Atque, ut eosdem fideles ad pietatis opera exercenda, eo etiam magis inuitemus, eorum cuilibet, quoties pro haereticorum reductione, infidelium conuersione, Christianae atque Orthodoxae fidei propagatione, & sanctae matris Ecclesiae tranquillitate, & exaltatione, ac inter Principes Christianos pace, & concordia, Deum precando, orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam quinquies deuote dixerint, easdem illas indulgentias ac peccatorum remissiones, quae vnam e septem praecipuis Urbis Basilicis visitantibus concessae sunt, concedimus, & impartimur.

Quod si quis peccatorem a via perditionis, veluti ab haeresi, blasphemia, aliusue eiusmodi sceleribus, & peccatis, ad viam salutis conuerterit, aut si certe in eo laborauerit, aut si inter discordantes pacem conciliauerit, aut quantum in seesset, procurauerit, concedimus, ut Sanctorum sacrificiorum, ieiuniorum, orationum, ac quorumuis aliorum piorum operum, quae in omnibus Ordinibus, & Congregationibus regularibus Sanctae Catholicae Ecclesiae fiunt, non secus ac si vnus.

huiusmodi earum proprium membrum foret, eo ipso particeps efficiatur.

Præterea unicuique vere penitenti, qui peccata sua alicui ex Sacerdotibus idoneis, & ad id approbati confessus fuerit, & sacram sumpserit Eucharistiam, aut Missam, si Sacerdos fuerit, celebravit, quoties id fecerit, toties ei plenariam.

Aut si in mortis articulo constitutus, numisma collo appensum, aut quouis modo secum habuerit, pronunciato nomine Iesu, corde saltem, si ore nequiverit, etiam plenariam.

Atque itidem militibus, aut aliis, qui aliquod huiusmodi numisma secum habentes contra infideles vel hæreticos, aut alios S. R. E. hostes pugnaverint, præsertimque si ibi eos mori contigerit, Iesu nomine ut supra invocato, pariter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, auctoritate prædicta, tenore præsentium, etiã misericorditer in Domino concedimus & elargimur.

Utque defectus, & negligentia, animique distractiones, quæ ex humana fragilitate in divini Officii recitatione, Missarumque celebratione, vel auditione Sacerdotibus, aut Clericis, vel laicis contingere solent, aut horum etiam ob iustum impedimentum patermissio, ex deuota huius numismatis gestatione, Corona tamen Beatæ Mariæ Virginis pie recitata, aut saltem pronunciato Psalmo, Miserere mei Deus: suppleri, & compensari possint, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus.

Quicumque autem aliquod huiusmodi numisma habuerit, ipsum pro suo arbitrio in testamento, aut alia vltima voluntate, cui voluerit Ecclesia, nec vero cuiquam alii, absque speciali nostra, aut nostrorum successorum concessione, relinquere, aut donare possit.

Quam quidem Ecclesiam, in qua fuerit dictum numisma repositum, festis diebus Inventionis & Exaltationis Sanctæ Crucis, vniuersis, & singulis Christi fidelibus vtriusque sexus, vere penitentibus, & peccata sua confessis, deuote visitantibus, similiter plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem damus, concedimus, & elargimur.

Quod si quis numisma habens ab intestato decesserit, volumus, ut illud ad propinquorem eius domicilio Ecclesiam, cum ipsdem gratiis, facultatibus, & indulgentiis pertineat.

Quicumque nihilominus in articulo mortis constituto, de consilio eius Confessarij, ipsum numisma liceat commodare, qui itidem omnes supradictas indulgentias & peccatorum remissiones valeat obtinere.

Postremo, ut animabus quoque Christi fidelium in Purgatorio existentibus, quæ per charitatem Domino Nostro Iesu Christo vnitæ ex hac vita migrauerint, quæque antea quam decederent aliorum Christi fidelium suffragiis iuuari meruerunt, de cælestibus Ecclesiæ thesauris, quorum dispensatores a Domino ad animarum salutem constituti sumus, paterne subueniamus; diuina misericordie confisi, concedimus, ut quoties quilibet aliquod ex huiusmodi numismatibus secum habens, pro dictarum animarum salute, præmissa, eorum ue aliqua adimpluerit, vel quicumque alius Ecclesias, in quibus eadem numismata reponi contigerit, dictis festis Inventionis, & Exaltationis Sanctæ Crucis visitauerit, ipsæ animæ, pro quibus infecerit, efficacissimis Iesu Christi Domini Nostri meritis, ac eiusdem beatæ Mariæ semper Virginis, Sanctorum Angelorum, Apostolorum Martyrum, Confessorum, Virginum, omniumque Sanctorum, & Sanctarum precibus & intercessionibus suffragantibus easdem indulgentias & peccatorum remissiones consequantur.

Praesen-

Præsentes verofliteras, sub quibusvis similibus vel dissimilibus Indulgentiarum, & gratiarum reuocationibus, suspensionibus, abrogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per nos vel successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu proprio & ex certa scientia, ac in fauorem Cruciatæ Sanctæ, vel alias quomodolibet faciendis minime comprehendi, sed quoties illæ emanabunt, toties easdem præsentibus ab illis exceptas, & nisi de eis expressa & indiuidua mentio fiat, aduersus illas in pristinum & validissimum statum restitutas, ac de nouo concessas esse, & ceteri, & perpetuo validas & efficaces fore, ac supradictis personis & Ecclesijs, perpetuis futuris temporibus suffragari debere decernimus & declaramus. Non obstantibus nostris de non concedendis indulgentijs ad instar, ac alijs Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Volumus autem, vt præsentium literarum exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo obliuatis, eadem prorsus fides vbique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millefimo quingentesimo octuagesimo septimo, Calendis, Decembris, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

Registrata apud eundem Thomam Secretarium.

A. de Alexiis.

N V L L I T A S

*Congr.  
titul de  
iudicijs.*

**P**RÆTER Summissas sciendum est, extare Constitutionem S. D. N. D. Clementis Papæ VII de Nullitatibus alias, quam ex defectu iurisdictionis, citationis, aut mandati in quocunque Tribunali status ecclesiastici non attendendis, Romæ publicatam die 22. Martii 1593. tenoris sequentis.

Litium dispendijs, & ambagibus, præsertim inter personas curæ, & iurisdictioni nostræ, etiam in temporalibus subiectas occurrere, quantum in nobis est, cupientes, statutum sel. rec. Pii Papæ IV. prædecessoris nostri, ne iudices Almae Urbis nullitates attendant, nisi ex defectu citationis, iurisdictionis, aut mandati, sed illis non obstantibus ad expeditionem causarum procedant, ad omnes, & quoscunque iudices, ordinarios, & delegatos, magistratus, & officiales, in quibusdictionis nostræ temporalis ecclesiasticæ, Prouincijs, & Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis quamcunque iurisdictionem exercentes, & quauis auctoritate, & dignitate fungentes, hac nostra perpetua valitura cõstitutione extendimus, & ampliamus, atque in quocunque Tribunali, aut Curia seculari, vel ecclesiastica firmiter, & inuiolate seruari, sicque & non aliter per quoscunque, ex ipsis iudicijs, etiã causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales, ac legatos etiam de latere, sublata eis & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi facultate, in quacunque causa, & instantia etiam nunc pendente, aut in futurum mouenda, ecclesiastica, prophana, civili, & criminali, aut mixta iudicari, & diffiniri, & qui-